Amplius autem quod nascitur secundum quod dicitur natura est via in naturam

[illegible]

Et forma et natura dicitur dupliciter. Etenim privatio species quodammodo est. Si autem est privatio et contrarium aliquid circa simplicem generationem aut non est posterius considerandum

[illegible]

Quoniam autem determinatum est quotiens natura dicitur post hoc speculandum est in quo differt mathematicus a physico

[illegible]

Etenim plana et solida habent physica corpora et longitudines et puncta de quibus intendit mathematicus

[illegible]

Amplius astrologia aut altera aut pars physice

Si enim physici est quid est sol aut luna scire accidentium autem que sunt per se nullum inconveniens est

[illegible]

Et aliter qui dicunt de natura dicentes et de figura solis et lune et utrum sperica sit terra et mundus aut non

[illegible]

De his quidem igitur negotiatur et mathematicus sed non inquantum physici corporis terminus unumquodque neque accidentia considerat inquantum talibus existentibus accidunt propter quod et abstrahit. Abstracta enim intellectu a motu sunt et nihil differt neque fit mendacium abstrahentium

[illegible]

Latent autem hoc facientes et qui ideas dicunt physica enim abstrahunt cum minus sint abstrahibilia mathematicis

[illegible]

Fiet autem utique hoc manifestum si quis temptet dicere utrorumque terminos et ipsorum et accidentium. Impar enim erit et par et rectum et curvum adhuc autem et numerus et linea et figura sine motu. Caro autem et os et homo nequaquam sed hec sicut nasus simus sed non sicut curvum dicuntur

[illegible]

Ostendunt autem et magis physica mathematicorum ut perspectiva et armonica et astrologia conversim enim quodammodo se habent ad geometriam

Geometria quidem enim de linea physica intendit sed non inquantum physica

Perspectiva autem mathematicam quidem lineam sed non inquantum mathematica sed inquantum physica

[illegible]

Cum autem natura dupliciter sit et forma et materia sicut si de simo quid est consideremus sic considerandum quare neque sine materia huiusmodi neque secundum materiam

[illegible]

[illegible]

Etiam iam et de hoc dubitabit aliquis, duplici quoniam duae naturae sint, de qua physici est, aut de eo quod ex utrisque. Sed si de eo quod ex utrisque, et circa utramque. Utrum eiusdem aut alterius utramque cognoscere.

[illegible]

In antiquos quidem aspicienti videbitur utique esse materiae. Ex parva enim quadam parte Empedocles et Democritus speciem et quod quid erat esse tetigerunt.

[illegible]

Si autem ars imitatur naturam, eiusdem scientiae est cognoscere speciem et materiam usque ad hoc, ut medicum sanitatem et coleram et flegma in quibus est sanitas. Similiter et aedificatoris et speciem domus et materiam quia lateres et ligna. Similiter autem et in aliis. Et physicae utique erit cognoscere utrasque naturas.

[illegible]

Adhuc autem quod cuius causa et finis eiusdem, et quaecumque sunt propter haec. Natura autem finis est et cuius causa. Quorum enim continuo motu existente est finis aliquis motus, hoc ultimum est et cuius causa. Unde et poeta ridicule adductus est dicere: habet finem cuius gratia factus est. Vult enim non omne esse ultimum finem sed optimum.

[illegible]

Cum autem faciunt artes materiam, aliae quidem simpliciter, aliae vero operabilem, et utimur tamquam propter nos omnibus existentibus. Sumus enim et nos quodammodo finis. Dupliciter enim cuius causa. Dictum est autem de his in his quae de philosophia. Sunt duae quae principantur materiae et cognoscentes artes, quae utitur et factiva architectonica. Unde et usualis architectonica quodammodo est.

[illegible]

22

Differunt autem in quod haec quidem speciem cognoscens est architectonica, alia autem in factiva materiae. Gubernator enim qualis sit species gubernaculi cognoscit et praecipit, alius autem ex quo ligno et qualibus motibus erit. In his quidem igitur quae secundum artem nos facimus materiam propter opus, in physicis autem existit.

[illegible]

Amplius autem eorum quae sunt ad aliquid materia est; alia enim speciei alia materia.

[illegible]

Usque ad quantum igitur physicum oportet cognoscere speciem et quod quid est, aut quemadmodum et medicum nervum et fabrum aes usque ad cuius causa unumquodque. Et circa haec quae sunt separabilia quidem specie, in materia autem. Homo enim hominem generat et sol. Quomodo autem se habeat separabile et quid sit, primae philosophiae est determinare.

[illegible]

Determinatis autem his considerandum est de causis, quae et quot numero sunt. Cum enim sciendi gratia sit hoc negotium, scire autem non prius opinamur unumquodque quam accipiamus propter quid unumquodque, hoc autem est accipere primam causam, manifestum est quod et nobis hoc faciendum est et de generatione et corruptione et de omni physica mutatione, quatenus scientes ipsarum principia reducere in ipsa temptemus quaesitorum unumquodque.

20

Uno quidem modo causa dicitur ex quo fit aliquid cum insit, ut
es statue et argentum phiale et horum genera.

Alio autem modo species et exemplum, hec autem est ratio quid erat
esse et huius genera, ut eius quod est diapason duo
ad unum, et omnino numerus et partes que in diffinitione.

Amplius unde principium mutationis primum aut quietis,
ut consilians causa, et pater filii et omnino faciens facti et
mutans mutati.

Adhuc autem sicut finis, hoc autem est cuius causa, ut
ambulandi sanitas; propter quid enim ambulat?
dicimus ut sanetur, et dicentes sic putamus assignasse
causam. Et quecumque iam movente alio intermedia fiunt
finis, ut sanitatis macies aut purgatio aut pharmaca aut
organa; omnia enim hec finis gratia sunt, differunt autem
ab invicem quod alia quidem opera alia vero organa. Cause
quidem igitur fere totiens dicuntur.

Contingit autem multipliciter dictis causis et multas eius-
dem causas esse non secundum accidens, ut statue et statuaria
et es non secundum aliud aliquid sed inquantum statua,
sed non eodem modo, sed hoc quidem ut materia, hoc autem ut unde motus.

Sunt autem quedam et adinvicem cause, ut laborare
causa est bene habitus et hic laborandi, sed non eodem modo, sed hoc
quidem sicut finis, illud vero sicut principium motus.

Amplius autem idem contrariorum est causa; quod enim presens
causa huius est, hoc et absens causamur aliquando contrarii, ut absentiam
gubernatoris navis subversionis, cuius erat presentia causa salutis.

Omnes autem nunc dicte cause in quatuor cadunt modos ma-
nifestissimos. Elementa enim sillabarum et materia vasorum et
ignis et terra et huiusmodi omnia corporum et partes totius et suppositiones
conclusionis sicut ex quo causa sunt. Horum autem hec quidem
sicut subiectum, ut partes, alia vero ut quid erat esse, totum et compositio
et species. Sperma autem et medicus et consiliator et omnino faciens, omnia
unde principium mutationis aut status. Alia autem sicut finis
et bonum aliorum; cuius enim causa optimum et finis aliorum
vult esse. Differat autem nihil ipsum dicere bonum aut
videri bonum. Cause quidem igitur hee et tot sunt specie.

Modi autem causarum numero quidem sunt multi, ca-
pitulatim autem et hi minores.

Dicuntur autem cause multipliciter et earum similium specierum
prius et posterius altera ab altera, ut sanitatis medicus…

[illegible]

et artifex et diapason duplum et numerus et partes continentia ad unumquodque

[illegible]

Amplius ut capitulo et statuam quia sic statuae et aliter Polycletus et aliter statuam faciens, quoniam accidit statuam facienti Polycletum esse. Et continentes autem accidens ut si hic albus et musicus causa dicantur statuae.

Amplius autem alia aliis longius et propinquius ut si albus et musicus causa dicantur statuae.

[illegible]

Praeter autem omnia et quae proprie dicta et quae secundum accidens alia quidem sicut potentia dicuntur alia vero sicut operantia ut aedificandi domus aedificator aut aedificans aedificator.

Similiter autem dicuntur et in quibus causae sunt causae in his quae dicta sunt, ut huius statuae aut statuae aut omnino imaginis, et aeris huius aut aeris aut omnino materiae, et in accidentibus similiter.

[illegible]

Amplius autem complexa et haec et illa dicentur ut non Polycletus neque statuae factor sed Polycletus statuae factor. Sed tamen omnia haec sunt multitudine quidem sex, dicta autem dupliciter: aut enim sicut singulare, aut sicut genus, aut sicut accidens, aut sicut genus accidentis, aut sicut complexa haec, aut sicut simpliciter dicta. Omnia autem aut operantia aut secundum potentiam sunt.

[illegible]

[illegible]

Differunt autem in tantum quod operantia quidem et singularia simul sunt et non sunt et quorum sunt causae, ut hic medicans cum hoc qui sanatur et hic aedificans cum hoc aedificato. Quae autem secundum potentiam non semper. Corrumpuntur enim non simul domus et aedificator.

[illegible]

Oportet autem semper uniuscuiusque causam quae summa est quaerere sicut et in aliis, ut homo aedificat quoniam aedificator est, aedificator autem secundum aedificativam artem. Haec autem prior causa, et sic in omnibus.

[illegible]

Amplius autem genera quidem generum, singularia autem singularium, ut statuae factor statuae, hic autem huius; et potentias quidem possibilium, operantia autem ad operata. Quot quidem igitur causae sunt et quomodo causae, sufficienter determinatum sit.

[illegible]

Dicitur autem et fortuna et casus causarum esse, et multa esse et fieri propter fortunam et casum. Quomodo igitur in his causis est fortuna et casus, et utrum idem sit fortuna et casus aut alterum, et omnino quid sit fortuna et casus, considerandum est.

[illegible]

[illegible]

Mirandum enim si sunt ... nec dubitant: nam enim si a fortuna dicunt, sed cuiuslibet esse aliquam causam determinatam quecumque nos dicimus fieri a casu et a fortuna, ut venire a fortuna in forum et reperiendo quem volebat et quem non opinabatur, causa tamen est velle emere. Similiter autem et in aliis que a fortuna dicuntur semper est aliquam accipere causam sed non fortunam.

[illegible]

Etenim si aliquid erat fortuna inconveniens utique videbitur esse vere, et dubitabit utique aliquis propter quid nullus antiquorum sapientum causas de generatione et corruptione dicens de fortuna nihil determinavit. Sed sicut visum est, nihil opinabantur neque illi aliquid esse a fortuna.

[illegible]

Sed et mirabile hoc videbitur ... multa enim et sunt et fiunt a fortuna et a casu, que non ignorantes quod est referre unumquodque in aliquam causam eorum que fiunt, sicut antiqua ratio dixit destruens fortunam et casum, tamen horum alia quidem dicunt esse omnia a fortuna, alia vero non a fortuna. Unde et quodam erat ipsis facienda memoria. At vero neque illorum aliqui opinabantur esse fortunam ut amicitiam aut litem aut ignem aut intellectum aut aliud talium. Inconveniens autem est sive non putaverunt esse, sive putantes reliquerunt, et hac aliquando utentes, sicut Empedocles non semper aerem congregari supremum dicit sed ut contingit. Dicit enim in mundi creatione sic se coniunxisse sicut curreret tunc, multociens autem aliter. Et partes animalium aut a fortuna fieri plurimas.

[illegible]

[illegible]

Sunt autem quidam qui et caeli huius et mundanorum omnium dicunt esse causam casum; a casu enim fieri revolutionem et motum discernentem et constituentem in hunc ordinem omne. Et multum hoc admirari dignum est. Dicentes enim animalia quidem et plantas a fortuna nec esse nec fieri, sed aut naturam aut intellectum esse aut huiusmodi aliquam aliam causam; non enim quod evenit ex semine unoquoque fit, sed ex tali quidem oliva, ex tali autem homo; celum autem et divinissima manifestorum a casu fieri, huius autem causam nullam qualem animalium et plantarum.

[illegible]

Et igitur si sic habet, hoc ipsum dignum est insistere et bene habet dicere aliquid de hoc. Preter enim quod et aliud inconveniens est quod dicitur, adhuc inconveniens est dicere hoc videntes quod in celo nihil a casu fit, in his autem que non sunt a fortuna multa contingere a fortuna. Quamvis ergo erat verisimile contrarium fieri.

[illegible]

Sunt autem quidam quibus videtur esse quidem causa et fortuna, immanifesta autem humano intellectui tamquam divinum quoddam ens et felicius. Unde considerandum est quid sit utrumque, et si idem aut alterum sit casus et fortuna, et quomodo in determinatis causis incidunt.

[illegible]

Primum quidem igitur quoniam videmus alia quidem semper sic fieri alia
autem sic frequenter manifestum est quod neutrius horum causa
fortuna dicitur neque quod est ex necessitate et semper neque eius quod
est sic frequenter. Sed quoniam quaedam fiunt et praeter haec et omnia
dicunt haec esse a fortuna, manifestum quod fortuna aliquid
sit et casus. Huiusmodi enim a fortuna sunt et quae a fortuna huiusmodi
esse scimus.

Eorum autem quae fiunt alia quidem propter hoc fiunt alia non.
Horum autem alia quidem secundum propositum fiunt alia non,
ambo autem sunt in his quae sunt propter hoc. Quare manifestum
quod in his quae sunt praeter necessarium et quod sicut frequenter
sunt quaedam in quibus contingit quod est propter hoc. Sunt autem
propter hoc quaecumque ab intellectu utique agentur et quaecumque a natura.
Huiusmodi igitur cum secundum accidens fiant a fortuna dicimus esse.

Sicut enim et quod est aliud quidem per se ens aliud autem
secundum accidens, sic et causam contingit esse in domus, quod per se
quidem causa est aedificativa, secundum accidens autem album aut mu-
sicum. Per se quidem igitur quod est causa finita est, secundum accidens autem infinita;
infinita enim uni accidunt.

Sic igitur dictum est quod cum in his quae propter hoc fiunt hoc
fiat, tunc dicitur a casu et a fortuna. Ipsorum autem diffe-
rentia ad invicem posterius determinanda. Nunc autem
hoc sit manifestum quod utraque sunt in his quae sunt
propter hoc. Ut venit utique recipiendi gratia argentum veniens
cum colligeret pecuniam si scivisset; venit autem non huius gratia,
sed accidit ipsi venire et facere hoc recuperandi gratia. Hoc au-
tem neque sicut frequenter veniens ad villam neque ex necessitate;
amplius autem finis recuperatio non inest in causis,
sed prohaeresium et ab intellectu; et dicitur a fortuna venire.
Si autem proeligens et huius causa aut semper veniens aut sicut
frequenter recuperans, non a fortuna. Manifestum igitur
quod fortuna causa secundum accidens in his
quae sunt secundum propositum eorum quae propter hoc sunt.
Unde circa idem et intellectus et fortuna; propositum
enim non sine intellectu est.

Infinitas quidem igitur causas necesse est esse a quibus utique
fiet quod est a fortuna. Unde et fortuna
infinitum esse et immanifestum homini, et est ut nihil
a fortuna videbitur utique fieri. Omnia enim haec
recte dicuntur rationabiliter. Est quidem enim ut fiat a for-
tuna; fit enim secundum accidens et est causa ut accidens for-
tuna; ut autem simpliciter nullius, ut domus aedificator
quidem causa est, secundum accidens autem tibicen, et veniente
recipiendi argentum non huius gratia veniente infinita
secundum multitudinem, et puta videre aliquem volens
et persequens et fugiens et visurus

[illegible]

Et dicere aliquid esse preter rationem fortunam recte est.
Ratio enim est aut eorum que semper sunt aut eorum que ut
frequenter. Fortuna autem in hiis que fiunt preter hec.
Quare quoniam infinite que sic cause sunt, et fortuna
infinitum est.

[illegible]

Deficiet enim in quibusdam utique aliquis. Utrum
igitur contingentia causa utique fiant fortune, ut sanitatis
aut spiritus aut estus, set non depilatio. Sunt autem alie aliis
priores que sunt secundum accidens causarum.

[illegible]

Fortuna quidem autem bona dicitur cum bonum aliquid evenerit,
prava autem cum pravum aliquid.

[illegible]

Eufortunium autem et infortunium est cum magnitudinem
habentia sunt hec. Unde et prope parvum existere aut
bonum aut malum magnum aut infortunare aut eufortunare
est, quia sicut est dicit intellectus, quod enim ad parvum distat
tamquam nichil abesse videtur.

[illegible]

Amplius autem incertum eufortunium rationabiliter est,
fortuna enim incerta est.

[illegible]

Neque enim ut semper neque sicut frequenter possibile esse que
sunt a fortuna. Sunt quidem ambo cause, quemadmodum
dictum est, in animis et fortuna et casus in contingentibus
fieri neque simpliciter neque sic frequenter et eorum que
utique fient propter aliquid.

[illegible]

Differt autem quoniam casus in amplius est. Quod enim a
fortuna est, et a casu est; hoc autem non omne a fortuna
est. Fortuna quidem enim et quod a fortuna est quibus
cumque et eufortunare utique inerit et omnino actus est.
Unde necesse est circa practica esse fortunam.

[illegible]

Signum autem est quod videtur idem esse felicitati aut propinquum.
Felicitas autem praxis quedam est, eupraxia enim.

[illegible]

Quare quibus
cumque non contingit agere neque a fortuna aliquid facere.

[illegible]

Et propter hoc neque inanimatum nullum neque infans neque
bestia nichil facit a fortuna quia non habet prohaeresim.

[illegible]

Neque eufortunium neque infortunium inest hiis nisi
secundum similitudinem, sicut dixit Protarchus eufortunatos
esse lapides ex quibus sunt are quoniam honorantur,
coequales autem hiis conculcantur.

[illegible]

Patet autem a fortuna necesse quaedam et his quibus
agere aliquid contingit hic agat a fortuna. aliter autem non

[illegible]

Sed casus est in aliis animalibus et inanimatis
ut equus casu venit quem salvatus est quidem
veniens, non salutis autem causa venit

[illegible]

Et tripes casu cecidit. Stetit quidem enim causa sedendi
sed non causa sedendi cecidit. Quare manifestum est quod
in his quae simpliciter propter aliquid fiunt cum non accidentis
causa fiunt, quorum extra est causa, tunc a casu dicimus;
a fortuna autem quaecumque a casu fiunt eligibilium
in habentibus electionem

[illegible]

Signum autem est quod vanum est quod dicitur cum non fiat
propter quod aliud illius causa, ut ambulare depositionis
causa est. Si vero non fiat ambulanti frustra dicimus
ambulasse et ambulationem vanam. tamquam hoc sit frustra
quod aptum natum est alterius causa cum non perficit
illud cuius causa erat aptum natum. Quoniam si aliquis se bal-
neatum dicat frustra, quia non defecit sol, deridiculus
utique erit. non enim erat hoc propter illud. Sic et quod autho-
maton ~~[struck]~~ cum ipsum frustra fiat. Cadit enim
non percutiendi causa lapis. ab eo quod authomaton
dicitur lapis, quia cecidit utique a quodam et percutiendi causa

[illegible]

[illegible]

Maxime autem separatum est a fortuna in his
quae a natura fiunt. Cum enim fiat aliquid praeter
naturam, tunc non a fortuna sed magis ab eo quod
per se frustra est factum esse dicimus. Est autem et
hoc alterum. huius enim extra est causa, illius vero in-
tus. Quid igitur sit quod per se frustra et quid fortuna
dictum est, et quid differunt ad invicem

[illegible]

Sed modorum causarum in quibus est unde principium
motus. utrumque eorum est. aut enim semper
aut causa aliqua. ... eorum quae sunt secundum naturam
est, sed eorum multitudo indeterminata

[illegible]

Cum autem sint casus et fortuna causae eorum quorum
utique aut intellectus fiat causa aut natura. Cum in-
tellectus aut aliqua fiat horum aliquorum causa, nihil autem in-
tellectus prius est his quae sunt per se. Manifestum est
quod neque per accidens prius est eo quod est per se causa. posterius ergo
casus et fortuna et intellectu et natura

[illegible]

Quare si maxime caeli causa casus, prius necesse
intellectum et naturam causam esse et aliorum
multorum et huius omnis

[illegible]

[illegible]

Tunc autem sunt cause et quattuor sunt numero quattuor … manifestum est … [illegible]

… [illegible] … in immobilibus et in materia … [illegible]

… aut commensurat aut aliquam … [illegible] … in movendo … [illegible]

… quod continue … sunt aut … [illegible] … dominantur aut in hiis quae sunt … quod

est … sunt manifestum est

[illegible]

Tunc autem causae quattuor sunt de omnibus … [illegible]

[illegible]

… Tunc … [illegible]

Et … [illegible]

[illegible]

… Tunc … quod in motu … [illegible] … et

in eo quod … et in primo movens de generatione

… [illegible] … considerare quod …

… et … sit ad quod … et sic

… quod … sunt movens …

… alterum … [illegible] …

… [illegible] … aliquid movet

quod … [illegible] … immobile …

… primum … forma …

… [illegible] … aliquid est et

… [illegible]

[illegible]

Et … [illegible]

[illegible]

Et si … [illegible]

[illegible]

[illegible]

Dicendum autem primum quoniam natura causa eorum que
sunt propter hoc. Consequens est post de necessario quomodo se
habet in physicis. Ad hanc enim causam reducunt omnes
quoniam calidum huiusmodi aptum natum est et frigidum
et unumquodque talium, hec ex necessitate sunt et
fiunt a natura sunt. Et namque si aliquam causam
dicunt quicumque tetigerint statim dimittunt, hic quidem
amicitiam et discordiam, ille vero intellectum.

[illegible]

Habet autem dubitationem quid prohibeat naturam
non propter hoc facere neque quia melius, sed sicut pluit
Iupiter non ut frumentum augeat, sed ex necessitate.
Quod enim sursum ductum est infrigidari oportet et in-
frigidatum aquam factam descendere. Augeri autem accidit
hoc facto frumentum. Similiter autem et si perditur fru-
mentum in area, non huius gratia pluit ut pereat, sed hoc accidit.

[illegible]

Quare quid prohibet sic se habere et partes in natura,
ut dentes ex necessitate oriri anteriores quidem acutos
aptos ad dividendum, maxillares autem latos et
utiles ad conterendum cibum, quoniam non huius gratia facti
sunt, sed accidit. Similiter autem et de aliis partibus
in quibuscumque videtur esse quod propter hoc.

[illegible]

[illegible]

Ubicumque enim omnia acciderunt sicut et si propter hoc fierent,
hec quidem salvata sunt ab automato
composita apte; quecumque vero non sic, perierunt et
pereunt, sicut Empedocles dicit bovigenas
viriproras.

[illegible]

Ratio quidem qua utique dubitabit aliquis hec est
et si aliqua alia huiusmodi est.
Impossibile autem est hoc modo habere. Hec quidem
enim et omnia sunt a natura aut semper sic fiunt aut
frequenter, eorum vero que sunt a fortuna et
casu nullum. Neque enim a fortuna neque a casu videtur
pluere multotiens hieme, sed si sub cane; neque estus
sub cane, sed si sub hieme. Si igitur aut a casu videtur
aut propter hoc esse, si non possibile est hec esse neque a casu
neque a fortuna, propter aliquid utique erunt. At vero
natura sunt huiusmodi omnia, quemadmodum et ipsi fatebuntur
hec dicentes. Est igitur propter aliquid in his que
natura fiunt et sunt.

[illegible]

Amplius in quibuscumque finis aliquis est, huius gratia
agitur quod prius et quod deinceps. Ergo sicut agitur,
sic aptum natum est; et sicut aptum natum est, sic agi-
tur unumquodque, si non impediatur. Agitur autem propter
hoc; et aptum natum est igitur huius gratia. Ut
si domus esset eorum que a natura fiunt, sic utique fieret
sicut nunc ab arte; si vero que natura sunt non solum
a natura sed et ab arte fierent, similiter utique fierent sicut
apta nata sunt. Propter alterum ergo alterum.

[illegible]

[illegible]

Omnino autem ars alia quidem perficit quae natura non
potest operari, alia vero imitatur. Si igitur quae sunt secundum
artem propter hoc sunt, manifestum est quod et quae sunt
secundum naturam. Similiter enim se habent ad invicem
in his quae sunt secundum artem et in his quae secundum naturam
posteriora ad priora.

[illegible]

Maxime autem manifestum est in animalibus aliis
quae neque arte neque quaesitiva neque deliberantia
faciunt. Unde dubitant quidam utrum intellectu
aut quodam alio operantur araneae et formicae et
huiusmodi. Paulatim autem sic procedenti et in plantis
apparent conferentia quaedam facta propter finem, ut folia
propter fructus cooperimentum. Quare si natura facit et propter
hoc hirundo nidum et aranea telam, et plantae
folia gratia fructuum, et radices non sursum sed deor-
sum gratia vegetabilis, manifestum est quod causa huiusmodi est in
his quae natura fiunt et sunt.

[illegible]

Et quoniam natura duplex, alia quidem sicut materia, alia vero
sicut forma, finis autem haec est, propter finem autem alia,
haec utique erit causa cuius gratia.

[illegible]

Peccatum autem fit et in his quae sunt secundum artem:
scripsit enim non recte grammaticus, et potavit medicus
non recte potionem. Quare manifestum est quod contingit in
his quae secundum naturam sunt. Si igitur sunt quaedam secundum
artem in quibus quod recte fit propter aliquid fit, in qui-
bus autem peccatur, alicuius gratia intendunt sed falluntur,
similiter utique et in physicis, et monstra sunt peccata illius
quod propter aliquid est. In substantiis igitur quae statim ex
principio boviginea si non ad aliquem finem et terminum
possunt venire, corrupto principio aliquo facta
sunt sicut nunc semine.

[illegible]

[illegible]

Amplius necesse est semen fieri primum sed non statim
animalia, et mollia tota primum quod semen erat.

[illegible]

Amplius et in plantis inest quod propter hoc, minus
autem dearticulatum est. Utrum igitur et in arboribus
fiant, sicut boviginea et viripora, sicut oliginea
et olivae autem non? Inconveniens enim est. Sed oportebat
si fiunt in animalibus et ...

[illegible]

Adhuc oportebat et in seminibus fieri ut contingit.

[illegible]

Omnino autem destruit sic dicens ea quae natura
sunt et secundum naturam. Natura enim quaecumque sunt quae
continue a quodam in seipsis principio continue mota
perveniunt ad aliquem finem; ab unoquoque autem non
idem unicuique neque quod contingit, semper tamen ad idem, nisi
aliquid impediat. Quod autem est cuius gratia et quod propter hoc
fiet utique et a fortuna, sicut dicimus a fortuna
venire hospitem et lavantem abscessisse, cum
tamquam propter hoc fecerit, non propter hoc autem
venerit; et hoc secundum accidens. Fortuna autem est causarum
quae sunt secundum accidens, quemadmodum et prius di-
ximus. Sed cum hoc semper aut frequenter fiat, non
secundum accidens neque a fortuna est. In physicis autem
sic semper, nisi aliquid impediat.

[illegible]

[illegible commentary]

Inconveniens autem est non opinari propter aliquid fieri si non videant movens deliberare. Et tamen ars non deliberat. Et namque si esset in ligno navis factiva, similiter utique natura faceret. Quare si in arte inest propter quid, et in natura inest. Manifestum autem maxime cum aliquis medicatur ipse seipsum. Huic enim assimilatur natura. Quod quidem igitur causa sit natura et sic sicut propter aliquid manifestum est.

[illegible commentary]

Quod autem ex necessitate est utrum ex suppositione est aut et simpliciter? Nunc enim putant quod ex necessitate esse in generatione, quemadmodum utique si aliquis murum ex necessitate existimet factum esse, quoniam gravia quidem deorsum apta nata sunt ferri, levia autem superius; unde lapides quidem deorsum et fundamenta, terra autem sursum propter levitatem, maxime autem superius ligna, levissima enim sunt.

[illegible commentary]

At vero non sine his quidem factum est, non tamen propter haec nisi ut materiam, sed ad abscondendum et salvandum. Similiter autem et in aliis omnibus in quibus propter aliquid est, non sine quidem habentibus necessariam naturam, non tamen propter haec nisi tamquam materiam, sed propter aliquid. Ut quare serra est talis? Ut hoc et propter hoc. Sed hoc impossibile est fieri nisi ferrea sit. Necesse ergo ferream esse, si serra erit et opus ipsius.

[illegible commentary]

Si vero non est finis, in materia namque necessarium est. Quod autem cuius causa in ratione est.

Secunda pars huius ... [illegible commentary]

Est autem et in disciplinis necessarium et in his quae secundum naturam fiunt quodammodo simile. Quoniam enim rectum hoc est, necesse est triangulum duobus rectis aequales angulos habere; sed non si hoc illud est, sed si hoc non est, neque rectum est. In his autem quae fiunt propter hoc e converso: si finis erit aut est, et quod ante est erit aut est. Si vero non, sicut ibi non existente conclusione principium non erit, sic et hic finis et cuius causa. Principium enim et hoc, non actionis sed rationis; ibi autem rationis, actiones enim non sunt. Quare si erit domus, haec necesse est fieri aut existere, aut esse omnino materiam quae propter hoc est, ut lateres et lapides, si domus. Non tamen propter haec est finis, sed aut sicut materiam, neque erit propter haec. Omnino autem si non sunt, non erit neque domus neque serra, haec quidem nisi sint lapides, illa vero nisi ferrum sit. Neque enim ibi principia, si non triangulus duobus rectis. Manifestum est quod necessarium in physicis est quod sicut materia dicitur et motus huius. Et utrasque physico dicendae sunt causae, magis autem quae cuius causa; causa enim haec materiae est, sed non haec finis.

Secunda pars ... [illegible commentary]

Et finis, quia omnis causa et principium a differentia
et ratione est, sicut in hiis que sunt artis. Tamen secundum
omnes tales est ex hoc, sicut ex necessitate esse et
quoniam sanitas hec, hoc ex fieri et esse ex necessitate.
Hec est homo hec et hoc. Sed aut simpliciter aut hec
supponit, aut et in ratione est necessarium determinanti
enim opus serrandi quod divisio huius hec. Sed non
erit nisi habeat dentes huiusmodi. Sed autem non nisi
ferrum. Erit enim et in diffinitione quedam partes ut materia.

Quoniam autem natura est principium motus
et mutationis, scientia autem nobis de natura est, oportet
non ignorare quid sit motus; necessarium enim est
ignorato motu ipso et ignorari naturam.

Determinantibus autem de motu temptandum est aggredi
eodem modo et de hiis que consequenter sunt. Videtur autem
motus esse continuorum, sed infinitum apparet primum
in continuo. Unde et diffinientibus continuum contingit plures
uti ratione infiniti, tamquam infinitum
divisibile continuum sit.

Adhuc autem sine loco et vacuo et tempore
impossibile est esse motum.

Manifestum igitur est quod et propter hec et propter illud,
quod omnium sunt communia et universalia hec omnibus,
intendendum prius negotiantibus de unoquoque horum;
posterior enim de propriis speculatio communium est.
Primum autem sicut diximus de motu.

Est igitur aliquid quod endelechia solum, aliud
autem potentia.

Et eorum que sunt actu, hoc quidem hoc aliquid,
aliud vero quantum, aliud vero quale, et aliquid
aliorum entis predicamentorum similiter.

Eius autem quod est ad aliquid, aliud quidem secundum superabundantiam
et defectum dicitur, aliud autem secundum
activum et passivum, et omnino motivum et mobile;
motivum enim motivum mobilis est et mobile a
motivo est mobile.

Non est autem motus preter res; ad quas est motus,
mutatur enim semper quod mutatur aut secundum substantiam
aut secundum quantitatem aut secundum qualitatem aut secundum locum.

Commune autem in hiis nullum est accipere, sicut diximus,
quod neque hoc neque quantum neque quale sit neque aliorum
predicamentorum nullum. Quare neque motus neque mutatio
nullius erit preter ea que dicta sunt, cum nichil sit
preter predicta.

Unumquodque autem dupliciter inest omnibus, ut hoc
aliud quidem enim forma ipsius, aliud vero privatio;
et secundum qualitatem hoc quidem album, illud
autem nigrum; et secundum quantitatem aliud quidem perfectum,
aliud vero imperfectum. Similiter autem et secundum loci
mutationem hoc quidem sursum, illud vero deorsum,
aut quod grave aut quod leve.

[illegible]

Quare motus et mutationis sunt tot species quot et entis

[illegible]

Divisio autem in unoquoque genere hoc quidem esse ende-
lechia aliud autem potentia. potentia existentis endele-
chia in quantum huiusmodi motus est

[illegible]

ut alterabilis quidem in quantum alterabile alteratio au-
gmentabilis autem et eius quod est oppositum diminutivi nullum enim nomen commune
in utrisque augmentum et decrementum generabilis
autem et corruptibilis generatio et corruptio loci mutabilis
loci mutatio

[illegible]

Quod autem hoc sit motus abhinc manifestum est. Cum
enim edificabile in quantum huiusmodi ipsum dicimus esse
actu quod edificatur et hoc est edificatio. Similiter autem
et addiscere et medicari et volutari et salta-
tio et adolescentia et senectus

[illegible]

Quoniam autem quedam eadem sunt et potentia et actu qui-
dem non simul aut non secundum idem sed ut calidum quidem
potentia frigidum autem endelechia multa iam agent
et patientur adinvicem. Omne enim erit simul activum
et passivum. Quare et movens physice mobile erit. Omne enim
huiusmodi movet motum et ipsum. Videtur quidem igitur aliquibus
omne movens moveri. Sed de hoc quidem ex aliis erit
manifestum quomodo se habeat. Est enim quoddam movens
et immobile. Est potentia existentis cum endelechia ens
agat aut ipsum aut aliud in quantum mobile motus est

[illegible]

[illegible]

1 Manifestum autem est et in contrariis. Posse quidem enim sa-
nari et posse laborare alterum est. Et namque
et laborare quidem et sanari idem esse. Subiectum
autem et sanabile et infirmum sive humiditas sive san-
guis unum et idem est. Quoniam autem non est idem quem-
admodum neque color idem et visibile. potentis in quantum
potentis endelechia manifestum est quod sit motus.

[illegible]

Dico autem hoc in quantum sic. Est enim es potentia statua
sed tamen non est eris endelechia in quantum es motus. Non
enim est idem eri esse et potentia alicui mobili.
Quoniam si idem esset simpliciter et secundum rationem esset utique eris
in quantum es endelechia motus. Non est autem idem
quemadmodum dictum est

[illegible]

Quod quidem igitur est hic. et quod accidit tunc moveri
cum est endelechia ipsa et neque prius neque posterius
manifestum est. Contingit enim unumquodque aliquando
operari aliquando autem non. ut edificabile et edificabilis actus
in quantum edificabile edificatio est. Aut enim hec est
edificatio actus aut domus. Sed cum domus sit non
amplius edificabile est. Edificatur autem edificabile. Necesse
est ergo edificationem esse actum. Edificatio autem motus
quidam est. At vero eadem ratio et in aliis motibus.

[illegible]

Quod autem bene dictum sit manifestum est

Ex quibus alii definiunt ipsum dicunt et ex eo quod non facile est definire alterum ipsum. Neque enim motum in alio genere ponere possibile aliquis

[illegible]

Manifestum autem intendentibus quemadmodum ponunt quidem ipsum alteritatem et inaequalitatem et quod non est dicentes esse motum. Quorum nullum necesse moveri neque si altera sint neque si inaequalia neque si non sint. Sed neque mutatio neque in haec neque ex his magis quam ex oppositis.

[illegible]

Causa autem in haec ponendi est quoniam indeterminatum quoddam videtur esse motus. Alterius autem coordinationis principia eo quod sunt privativa et indeterminata sunt; neque enim hoc neque quale neque unum aliorum est praedicamentorum. Videri autem indeterminatum esse motum causa est quod neque in potentiam eorum quae sunt ponere neque in actum; neque enim quod possibile est quantum esse movetur ex necessitate neque quod actu quantum est.

[illegible]

Et motus quidem actus quidam videtur esse imperfectus autem. Causa autem est quoniam imperfectum quod possibile cuius est actus. Et propter hoc difficile ipsum accipere quid est.

Aut enim in privationem necesse est ipsum ponere aut in potentiam aut in actum simplicem, horum autem nullum videtur contingens. Relinquitur igitur aut praedictus modus, actum quidem quendam esse, sic autem actum qualem diximus, difficilem quidem videre, contingentem autem esse.

[illegible]

Movetur autem et movens omne sicut dictum est potentia mobile.

[illegible]

Et cuius immobilitas quies est; cui enim motus inest, huius immobilitas quies est.

[illegible]

Adhuc agere enim in hoc ipsum movens est. Hoc autem facit tactu, quare et simul et patitur.

[illegible]

Unde motus actus mobilis est in quantum mobile. Accidit autem hoc tactu moventis quare simul et patitur.

[illegible]

Speciem autem semper feret aliquam movens, aut hoc aut quale aut quantum, quae erit principium et causa motus cum moveat, ut actu homo facit ex potentia homine hominem.

[illegible]

Dubium autem habet rationem quod motus in mobili. actus enim huiusmodi est ab hoc

Motivi autem actus non alius est. et quidem enim esse actum utrisque motivum quidem est in eo quod possit. movens autem in eo quod operari ut agens

Sed est activum mobilis. quare similiter unus utrisque actus. Sicut idem spatium est unius ad duo et duorum ad unum. et ascendens et descendens

Habet autem dubitationem rationalem. est enim forte esse quendam actum activi et passivi. Hic quidem enim actio. ille autem passio. Opus enim et finis huius quidem actio illius autem passio

Cum igitur utraque sint motus si quidem altera in quo sunt. aut enim utrique in patiente et moto sunt aut in agente sunt utraque. aut actio quidem in agente passio autem in patiente. Si autem oportet et hanc actionem vocare aequivoce utique fiet

Sed si hoc est in movente motus erit. eadem enim ratio est in movente et in moto. Quare aut omne movens movebitur. aut habens motum non movebitur

Si autem utraque in moto sunt et in patiente et actio et passio et doctio et doctrina. cum duo sint inde sequitur primum quidem quod actus uniuscuiusque non in unoquoque erit. postea inconveniens est per duos motus simul moveri. Quaedam namque erunt alterationes duae unius et in unam speciem

Sed impossibile est. sed unus erit actus. Sed irrationabile est et duorum et alterorum in specie eundem et unum esse actum. Et erit siquidem doctio et doctrina idem et passio et actio. et docere cum addiscere idem et agere cum pati. Quare necesse est omnem docentem addiscere et agentem pati

Aut neque alium actum in alio esse inconveniens est. est enim doctio actus docentis in quodam tamen et non decisus. sed huius in hoc

Neque enim unum in duobus actum prohibet nihil eundem esse. non sicut esse idem. sed sicut est quod potentia est ad agendum

Neque necesse est docentem addiscere. neque si pati et agere idem est. non tamen sicut ratio una quod erat. sicut tunica et indumentum. sed sicut via a Thebis ad Athenas et ab Athenis ad Thebas. quemadmodum dictum est prius. Non enim omnia eadem insunt quibuscumque idem est sed

[illegible]

At vero neque si docere et doceri idem et addiscere et docere idem, sicut neque si spacium unum distancium est et distans hinc illuc et inde huc unum et idem est.

[illegible]

Omnino autem dicere neque docere cum doctrina neque actionem cum passione idem proprie est, sed cui insunt hec motus. Actionem enim huius in hoc, et quod huius ab hoc actum esse motum alterum est.

[illegible]

Quid quidem igitur est motus dictum est et universaliter et in parte. Non enim immanifestum est quomodo determinabitur specierum unaqueque ipsius: alteratio enim alterabilis inquantum est alterabile endelechia est. Amplius autem notius quod in potentia activi et passivi inquantum huiusmodi simpliciter est, et iterum secundum unumquodque, aut edificationis aut medicationis. Eodem autem dicetur modo et de aliis motibus singulis.

[illegible]

Cum autem de natura scientia sit circa magnitudines et tempus et motum, quorum unumquodque necesse est aut infinitum aut finitum esse, etsi non omne sit infinitum aut finitum, ut passio aut punctum, talium enim fortasse nullum necesse est in altero horum esse, conveniens utique erit de natura negotiantem considerare si est aut non est, et si est quid est.

[illegible]

[illegible]

Signum autem quod huius scientie speculatio est: Omnes enim qui videntur rationabiliter tetigisse huiusmodi philosophiam fecerunt eam de infinito.

[illegible]

Et omnes tamquam principium quoddam ponunt entium, hii quidem sicut Pictagorici et Plato per se, non sicut accidens alteri, sed substantiam ipsum esse infinitum.

[illegible]

Preter quod Pictagorici quidem in sensibilibus, neque enim abstractum faciunt numerum, et esse quod extra celum infinitum. Plato autem extra nullum esse corpus, neque ideas, eo quod nusquam sint ipse, infinitum tamen et in sensibilibus et in illis esse.

[illegible]

Et hii quidem infinitum esse parem, hoc enim comprehensum et sub impari terminatum prebere hiis que sunt infinitatem. Signum autem huius quod contingit in numeris: circumpositis enim gnomonibus circa unum et preter aliquando quidem

[illegible]

[illegible]

alium fieri secundum aliquando aut una pluribus
aut duo infinita magnum et parvum

Tria dicit quia pithagorici solum posuerunt unum principium infinitum ... [illegible]

De natura autem omnes semper subiciunt alteram quandam
naturam infinito dictorum elementorum ut
aquam aut aerem aut medium horum. Finita
autem facientium elementa nullus infinita facit

[illegible]

Quicumque autem infinita faciunt elementa quem-
admodum Anaxagoras et Democritus hic
quidem ex similibus partibus ille autem ex omni se-
minario figurarum contactu continuum infinitum esse dicunt

[illegible]

Et hic quidem quamlibet partium esse similiter mixtum
toti propter videri quodlibet ex quolibet fieri. Unde
videtur et simul aliquando omnia res fuisse
ut hec caro et hoc os et sic quodlibet. Et omnia igitur
et simul igitur. Principium enim non solum in unoquoque
est segregationis sed et omnium. Quoniam enim quod fit
ex huiusmodi fit corpore omnium autem fit generatio non
autem simul et quoddam principium esse oportet generationis
hoc autem est unum quod ille vocat intellectum
intellectus autem ex principio quodam operatur intelligens
Quare necesse est simul aliquando
omnia esse et incipere moveri. Democritus

[illegible]

[illegible]

aut neque alterum ex altero fieri principiorum dicit
Sed tamen ipsum commune corpus omnium esse principium
magnitudine secundum partes et figuras differens
Quod quidem igitur conveniens sit physicis speculari
manifestum est ex his.

[illegible]

Rationabiliter autem et principium ipsum ponunt omnes
neque enim frustra possibile est ipsum esse neque aliam
inesse ei potentiam nisi sicut principium. Omnia
enim principium sunt aut ex principio. Infiniti autem
non est principium. Esset enim utique ipsius finis

[illegible]

Amplius autem et ingenitum et incorruptibile sicut
quoddam principium existens. Quod enim factum est necesse
est accipere finem et finis omnis est corruptionis.
Unde sicut dicimus non huius principium sed
hoc aliorum videtur esse

[illegible]

Et continere omnia et gubernare sicut aiunt
quicumque non faciunt preter infinitum aliquas causas
ut intellectum aut amicitiam

[illegible]

Et hoc esse divinum immortale enim et incorruptibile
sicut ait Anaximander et plurimi physiologorum

[illegible]

Esse autem aliquid infinitum quae fides ex quinque utique maxime accidentibus speculantibus; ex tempore; hoc enim infinitum est

[illegible]

Et ex magnitudinum divisione; utuntur enim mathematici et infinito.

[illegible]

Amplius si sic utique solum non deficit generatio et corruptio, si infinitum sit

[illegible]

Amplius quia finitum semper ad aliquid finire; quare necesse est nullum esse terminum, si semper finire necesse est alterum ad alterum.

[illegible]

Maxime autem et maxime quod communem facit dubitationem omnibus; propter id enim quod in intelligentia non deficit et numerus infinitus videtur esse et mathematicae magnitudines et quod est extra caelum.

[illegible]

Infinito autem existente quod est extra, et corpus infinitum videtur esse et mundi. Quid enim magis vacui hic quam hic? quare si solum hic et ubique et maxime

[illegible]

[illegible]

Simul autem et si vacuum est et locus infinitus, et corpus infinitum necesse est esse

[illegible]

Contingere enim ab esse nihil differt in perpetuis.

[illegible]

Habet autem dubitationem de infinito consideratio; et namque non esse ponentibus multa impossibilia accidunt et esse. Amplius autem quomodo est utrum sicut substantia an sicut accidens per se alicui naturae, aut neutraliter, sed nihilominus est infinitum aut infinita multitudine. Maxime autem physici est considerare si est magnitudo sensibilis infinita.

[illegible]

Primum ergo determinandum quot modis dicitur infinitum. Uno quidem modo quod impossibile est transire, eo quod non est aptum transiri, sicut vox invisibilis; aliud autem transitum habens interminabilem, aut quod vix; aut quod aptum natum est habere, non habet transitum aut finem.

[illegible]

Amplius infinitum est omne aut secundum appositionem aut secundum divisionem aut utrumque.

[illegible]

Separatum quidem esse infinitum a sensibilibus ipsum aliquid ens infinitum impossibile est. Si enim neque magnitudo neque multitudo est, substantia autem est ipsum infinitum et non accidens, indivisibile erit; divisibile enim aut magnitudo aut multitudo erit; si autem sic, non infinitum est nisi sicut vox invisibilis. Sed neque sic dicimus esse sicut infinitum

nequeunt non quantum sed sicut intransibile
Si autem est accidens est infinitum, non erit utique
elementum entium ipse secundum quod est infinitum
Sicut neque invisibile locutionis, quamvis vox sit invisibilis

[illegible]

Amplius quomodo contingit aliquid esse ipsum infinitum
si quidem non est numerus et magnitudinem, quorum est per
se passio quaedam infinitum? Adhuc enim minus
necesse quam numerum et magnitudinem

[illegible]

Manifestum autem est quod non contingit infinitum esse
sicut actu ens et sicut substantiam et principium
Erit enim quodlibet ipsius acceptum infinitum si par-
tibile. Infinito enim esse et infinitum idem est si
substantia infinitum est et non de subiecto. Quare aut
indivisibile est aut in infinita divisibile. Multa autem infinita
esse idem impossibile est. At vero sicut aeris aer pars est
sic et infinitum infinitum, si quidem substantia est et prin-
cipium. Infinitum igitur esse et similiter idem esse
impartibile est et indivisibile. Sed impossibile est quod actu infini-
tum. Quantum enim esse est infinitum. Sed si sic, dictum est
quod non contingit ipsum dicere principium, sed illud cui
accidit ut aerem aut par. Quare inconvenienter
utique dicunt sicut Pythagorici dicunt
Simul enim substantiam faciunt infinitum et partiunt

[illegible]

[illegible]

Sed forsan haec quidem est alia quaestio, si magis
si contingit in mathematicis infinitum esse et in
intelligibilibus et in nullam habentibus magnitudinem
Nos autem intendimus de sensibilibus et de quibus
facimus scientiam, utrum in ipsis est aut non est
corpus infinitum in augmentatione

[illegible]

Rationabiliter quidem igitur speculantibus ex his vi-
debitur non esse utique. Si enim est corporis ra-
tio plano determinatum, non erit utique
corpus infinitum neque intelligibile neque sensibile

[illegible]

At vero neque numerus sic erit separatus et infinitus
Numerabile enim numerus est aut habens numerum. Si igitur
numerabile possibile est numerare et transire, utique possibile erit
infinitum

[illegible]

Physice autem magis considerantibus ex his utique
enim videtur possibile esse infinitum utique sine
...quod non erit infinitum corpus

Si finita elementa sunt multitudine necesse est
enim plura esse et contraria semper et non esse
unum ipsorum infinitum. Si namque quantumcumque
deficiat potentia que est in uno corpore a potentia
alius, ut si ignis finitus sit aer autem infinitus,
est autem equalis ignis equalis aeris in potentia
quantumcumque, numero solum autem non quodam habentibus,
tamen manifestum quod infinitum excellet et cor-
rumpet finitum. Unumquodque autem infinitum esse
impossibile est. Corpus enim est quod penitus habet dimen-
sionem, infinitum autem indeterminate distans est.
Quare infinitum erit undique distans erit
infinitum. At vero neque unum contingit infinitum corpus
esse et simplex, neque sicut dicunt quidam quod preter
elementa est, ex quo alia generant, neque simpliciter. Sunt
enim quidam qui hoc faciunt infinitum, sed non aerem
aut aquam, quatenus non alia corrumpantur ab
infinito ipsorum. Habent enim adinvicem contrarietatem,
ut aer quidem humidus, aqua autem frigida, ignis
vero calidus, quorum si esset unum infinitum, corrum-
perentur utique iam alia. Nunc autem dicunt alterum
esse ex quo hec sunt. Impossibile autem est esse hunc,
non quia infinitum. De hoc enim communi quidem
dicendum est de omni similiter et aere et aqua
et quolibet. Sed quod non est huiusmodi corpus sensibile preter vocata
elementa. Omnia namque quidem ex quo sunt et resolvuntur
in hoc. Quare esset utique hoc preter aerem et ignem et
terram et aquam. Videtur autem nullum neque ignis
neque aliorum elementorum nullum contingit infi-
nitum esse. Omnino enim et preter quod est infinitum
sit aliquod ipsorum impossibile est esse, si finitum sit totum,
aut esse aut fieri unum aliquod ipsorum, sicut Hera-
clitus dicit omnia fieri aliquando ignem. Eadem autem ratio
et de uno quod faciunt physici preter elementa. Omnia
enim mutantur ex contrario in contrarium, ut ex calido in
[illegible]

Oportet autem et de omni in his considerare
si contingat aut non contingat corpus sensibile infinitum
esse. Quod autem omnino impossibile sit corpus sensibile in-
finitum esse ex his manifestum. Aptum na-
tum enim est omne sensibile alicubi esse, et locus
aliquis est uniuscuiusque, et idem partis et omnis
est, ut totius terre et unius glebe, et ignis et
scintille. Quare si quidem sit eiusdem speciei, aut im-
mobile erit aut semper movebitur. Et impossibile hoc est.
Quid enim magis deorsum aut sursum aut
ubi? Dico autem ut si gleba sit, ubi ipsa
movebitur aut ubi manebit? Locus enim infinitus
erit ipsi et congeneris sibi corporis. Utrum igitur contine-
bit totum locum? et quomodo? Que ergo mansio et ubi
et motus ipsius? Aut enim quiescet ubique manebit,
non ergo movebitur; aut ubique movebitur, non ergo stabit.
Secunda ratio. Quare si aliquid esset corpus infinitum sensibile
[illegible]

Si autem dissimile est omne dissimiles

At vero neque utroque possibile dicere principia. Ratio namque substantie una diversa vero erit que est per genera diffinitio et que dicit ex quibus est inexistentibus.

[illegible]

Adhuc autem si quam maxime principia genera sunt utrum existimare oportet prima generum principia aut ultima predicata de individuis.

[illegible]

Nam si semper universalia sunt magis principia palam quia suprema generum. Hec namque dicuntur de omnibus. Tot ergo erunt entium principia quot genera prima; quare erunt ens et unum principia et substantie. Hec namque de omnibus maxime dicuntur existentibus. Non est autem possibile entium unum esse genus neque unum neque ens. Nam necesse differentias cuiuslibet generis

[illegible]

[illegible]

esse videtur esse qualitatem impossibile aut predicari aut specierum genus de propriis dicitur aut genus sine suis speciebus. quare si est unum genus aut ens nulla differentia nec unum nec ens erit. At vero si neque ens et unum genera nec principia erunt si principia genera.

[illegible]

Amplius autem media et accepta cum differentiis erunt genera usque ad individua. nunc autem hec quidem videntur illa vero non videntur.

[illegible]

Adhuc autem magis differentie principia quam genera. Si autem et hec principia infinita ut ita dicatur erunt principia. aliter et si quis primum genus principium ponat.

[illegible]

At vero et si magis principium species unum est. unum autem indivisibile est. divisibile vero omne aut in quantitate aut in specie. prius autem quod in specie. genera vero divisibilia in species magis utique unum ultimum erit predicatum. non enim est genus hoc aliquorum hominum

[illegible]

Amplius in quibus est prius et posterius non est possibile in hiis aliquid preter hec esse. puta si prima numerorum est dualitas non erit numerus aliquis preter species numerorum. similiter autem nec figura aliqua preter species figurarum. si autem nec horum genera preter species erunt. horum enim maxime genera esse videntur. in individuis vero non est hoc prius et illud posterius.

[illegible]

Amplius ubi hoc quidem melius illud vero deterius semper quod est melius prius. quare neque horum erit utique genus. Ex hiis quidem igitur magis videntur que de individuis sunt predicata esse principia quam genera.

[illegible]

Iterum autem quomodo oportet hec existimare principia non facile dicere. principium enim et causam oportet esse preter res quarum principium est et posse ab eis separatum esse. tale vero aliquid preter singularia esse quis utique aliquis suscipiet nisi quia universaliter et de omnibus predicatur. At vero si propter hoc magis universalia magis ponenda sunt principia. quare principia prima erunt genera.

[illegible]

[illegible]

Est autem habitus quo dubitatur et cum difficultate et ad consultandum maxime necessaria, de qua vero nunc extiterit

[illegible]

Nam si non est aliquid preter singularia, singularia vero infinita, quomodo contingit accipere scientiam? Nam inquantum unum aliquid et idem et inquantum vel aliquid est universale cognoscimus

[illegible]

At vero si hoc necesse est et est aliquid esse preter singularia, necesse utique erit genera esse preter singularia, aut ultima aut prima. Hoc autem quia impossibile modo dubitavimus.

[illegible]

Amplius autem si quam maxime est aliquid preter sinolon quando predicatur aliquid de materia, utrum si est aliquid preter omnia, an aliquid esse, aut preter

quedam esse et quedam non, aut preter nullum.

[illegible]

Siquidem igitur nihil est preter singularia, nihil utique erit intelligibile sed omnia sensibilia et nullius scientia, nisi quis dicat esse sensum scientiam.

[illegible]

Amplius autem nec sempiternum est aliquid nec immobile, nam sensibilia omnia corrumpuntur et in motu.

[illegible]

Amplius autem et si nihil est sempiternum, nec generationem esse possibile. Necesse enim esse aliquid quod fit et ex quo fit, et horum ultimum ingenitum, siquidem statur et ex non ente generari impossibile.

[illegible]

Amplius autem cum sit generatio et motus, finem esse necesse. Neque enim nullus est infinitus motus, sed omnis est finis. Generari autem non possibile impossibile factum esse. Quod autem est generatum necesse

[illegible]

est esse quando pertium factum est

[illegible]

Amplius autem si materia esset quia ingenita et multo rationabilius est esse substantiam quam illa fit esse. nam si hec non erit nec illa nihil erit omnino. si si hec est impossibile necesse est aliquid esse preter sinolon scilicet formam et speciem

[illegible]

Sed si hoc est impossibile hec dicentium quidem ponit dubitationem est in quibus hec ponet et in quibus non

Non quia in omnibus non possibile sit manifestum est. non enim utique poneremus domum aliquam preter domos aliquas

[illegible]

Adhuc autem utrum substantia una erit omnium ut hominum

[illegible]

Sed inconveniens est non enim unum omnia quorum substantia una sed multa et diversa sed hec extra rationem

[illegible]

unum esse sunt multa et diversa

Simul autem et quomodo fit materia horum singulum et est sinolon ambo hec

[illegible]

Amplius autem et de principiis et hoc dubitabit aliquis. nam si specie sunt unum, nil numero erit unum

[illegible]

nec etiam unum ipsum et ens

[illegible]

Et scire quomodo erit si non aliquid erit unum in omnibus

[illegible]

At vero si unum numero et unum quodlibet principiorum est non quemadmodum in sensibilibus alia aliorum ut in hac sillaba specie eadem existente et principia specie eadem

[illegible]

Etenim hec sunt numero diversa. Si autem non ita, sed que sunt principiorum numero sunt unum, non erit preter elementa nil aliud, nam numero unum aut singulare dicere nil differt. sic enim dicimus singulare numero unum

Universale vero quod in hiis est. Sicut si que vere unum numero essent elementa eiusdem vocis omnes litteras esse necesse esset quot elementa, non existentibus quidem duobus eisdem vel pluribus

[illegible]

[illegible commentary]

Non enim minor dubitatio modernis et prioribus relinquitur utrum eadem corruptibilium et incorruptibilium sunt principia aut diversa

[illegible commentary]

Nam si eadem sunt quomodo haec quidem incorruptibilia illa vero corruptibilia et propter quam causam

[illegible commentary]

Qui quidem igitur circa Hesiodum et omnes quicumque theologi solum quod ad ipsos persuasibile curaverunt nos autem neglexerunt. Deos enim facientes principia et ex diis dicunt esse facta quae vero non gustaverunt nectar et manna mortalia facta esse dicunt

[illegible commentary]

Palam quia haec nomina sibi nota dicentes quamquam et allationem harum causarum super nos dixerunt. Nam si gratia voluptatis ipsa tangunt nequaquam causae existendi nectar et manna. Si vero existendi quomodo erunt sempiterna cibo egentia

[illegible commentary]

Sed de fabulose sophisticantibus non est dignum cum studio intendere

[illegible commentary]

A dicentibus vero per demonstrationem oportet sciscitari interrogantes quare ex eisdem existentia haec quidem sempiterna sunt illa vero corrumpuntur existentium quam autem nec causam dicunt nec rationabile est sic habere palam quia nec eadem principia nec causae eorum erunt

[illegible commentary]

Etenim quem existimabit utique aliquis maxime dicere sibi consone Empedocles et hic idem passus est ponit enim principium quoddam causam corruptionis odium

[illegible commentary]

[illegible]

Ubi lucem inhabitamus et ex quo hec quidem

omnia et hec alia sunt secundum eundem deum ex quibus

omnia et quecumque erant et quecumque erunt et arbores

pullulaverunt et viri et femine bestieque et

volucres et aqua nutriti pisces et dii longevi

Et preter hec palam quia si non esset in rebus discordia

unum omnia essent ut ait nam quando conveniunt tunc ultimum

stabat odium

[illegible]

Propter quod et accidit ipsi felicissimum deum minus

prudentem esse aliis non enim cognoscit elementa

omnia nam odium non habet notitia vero similis

similis terram namque ait terra cognoscimus

et aqua aquam et aethere aethera

et ad huc odium odio tristi [illegible]

Et etiam palam quia accidit et odium non magis

corruptionis esse causam

[illegible]

Similiter autem et amorem esse causam collegit enim

in unum corrumpit alia

[illegible]

Simul autem ipsius transmutationis causam nullam

dicit nisi quia sic aptum natum sunt alio utique

magnum odium in membris nutritum est et

ad honorem intendebat perfecto tempore qui

mutabilis dependet sacramentum quasi necessarium

esse transmutationem causam vero necessitatis nullam dicit

[illegible]

Attamen hec palam dicit consistere non enim corrumpi

hec quidem corruptibilia illa vero incorruptibilia sed

omnia corruptibilia preter elementa dicta vero nunc

est dubitatio est autem hec quidem illa vero non sed

eadem sunt quorum inesse principium aliud

principium esse priora hec autem incorruptibilia et

principium quidem utique non est

eadem preter tunc dicta sunt

[illegible]

Si vero dixerit principia unum quidem dicitur

utrum et incorruptibilia hec erunt aut corruptibilia

nam si corruptibilia manifestum quia necessarium

et ex aliquibus esse omnia enim corrumpuntur

in ea ex quibus sunt. quare contingit priorum
alia principia esse priora. hec autem impossibile sive
stet sive in infinitum vadat. Amplius autem
quomodo erunt ipsa corruptibilia si destruentia principia.
Si vero incorruptibilia, cur ex his quidem incorruptibilibus
existentibus corruptibilia erunt, ex aliis vero incorruptibilia.
hoc enim non rationabile est sed aut impossibile aut multa
ratione eget

[illegible]

Amplius autem nec conatus est aliquis di-
versa dicere sed eadem omnium principia dicunt
verum primum dubitatum concedunt tamquam
hoc parvum aliquid accipientes

[illegible]

Omnium autem difficillimum ad considerandum et
ad cognoscendum veritatem maxime necessarium
utrum unum et ens substantie sunt entium et utrum ipsorum
non alterum aliquid ens hoc unum quidem

hoc autem ens est, aut oportet querere quid est ipsum
ens et unum quasi subiecta alia natura

[illegible]

Hi namque illo modo, illi hoc modo putant habere.
Plato namque et pythagorici non aliud
aliquid ens nec unum sed hoc eorum naturam esse
tamquam existente substantia ipsum unum esse et ens. Al-
ii vero de natura ut Empedocles ut ad no-
tius reducens dicit quid unum ens est. Vide-
bitur enim utique dicere hoc amicitiam esse. causa
namque est hec omnibus unum esse. alii vero
ignem alii aerem dicunt esse unum hoc et ens
ex quo entia esse et facta esse. Similiter autem et
qui plura ponunt elementa. necesse namque et hos
tot dicere ens et unum quot principia dicunt esse

[illegible]

Accidit autem si quidem quis non ponat esse
quandam substantiam unum et ens, nec aliorum esse
universalium nullum. hec namque universalia sunt ma-
xime omnium. si vero non est aliquid unum ipsum
nec ipsum ens, vix aliorum aliquid
preter que dicuntur singularia

[illegible]

[illegible]

Amplius autem nisi contingat unius esse palam
quia nec unum esset quam non alias ab existentibus
separata. Nunc enim unitatis unitas vel quod
vere unum aliquid est B. ab aliquid est ipsum
unum et ens. Neque est separatum ipsum quod
sit ens et ipsum unum. Nec enim aliquid aliud
predicatur quam hec ipsa

[illegible]

At vero si erit aliquid ens ipsum et ipsum unum
multa erit dubitatio quomodo erit diversum aliquid
preter hec. Dico autem quomodo erunt plura uno. Quod
enim diversum est ab ente non est. Quare secundum parmenidis
rationem accidere necesse omnia unum esse
et hoc esse ens

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Amplius si indivisibile est unum ipsum secundum Zenonis
dignitatem nichil utique erit. Quod enim nec additum
nec ablatum facit maius nec minus non ait hoc esse
existentium, tamquam palam quia existentis magnitudinis
existentis. Et si magnitudo corporalis. Hoc enim ens
omnino. Aliquid quod additum faciet maius, aliud
autem nichil ut superficies et linea. Punctus vero et uni-
tas nullatenus

[illegible]

Et quid ex unius tali aut pluribus erit magnitudo

[illegible]

At vero si quis putat ita ut factus sit
ut quidam dicunt ex uno ipso et alio non
uno aliquo numerum nichilominus est querendum quare
et quomodo quandoque quidem numerus quandoque autem

[illegible]

magnitudo erit quod factum est, si non erunt

inequalitas, et eiusdem non erat, ut eius qui

ex uno et hac, ut qui ex multis aliquibus et hac

sicut utique magnitudines palam

[illegible]

Hiis autem habitis dubitatur utrum numeri et corpora et superficies

et puncta substantie aliquedam sunt aut non

[illegible]

Nam si non sunt, diffugit aliquid quid ens et

quedam entium substantie. Passiones enim et motus et ad aliquid

et dispositiones et rationes nullius videntur substantiam signi-

ficare; dicuntur enim omnia de subiecto aliquo et nullum hoc aliquid.

Que vero maxime substantiam significare videntur, aqua et

ignis et terra, ex quibus composita corpora constant, horum calor

quidem et frigiditas et similes passiones non substantie;

corpus vero hec patiens solum remanet ut ens aliquid

et substantia aliqua existens.

[illegible]

At vero corpus est minus substantia superficie, et hec

[illegible]

unitate et puncto; hiis enim diffinitur corpus,

et hec quidem sine corpore contingere videntur esse,

corpus vero sine hiis esse impossibile.

[illegible]

Propter quod multi quidem et priores substantiam et ens pu-

tabant corpus, alia vero huius passiones, quare et principia

corporum entium et principia; posteriores vero et sapientiores

hiis esse existimati numeros. Quemadmodum ergo diximus,

si non est substantia hec, omnino nulla substantia est, neque ens

nullum; non enim horum accidentia dignum est entia vocare.

[illegible]

At vero si hoc quidem confessum est, quod magis sunt

substantia longitudines corporibus et puncta, hec autem

non videmus qualium utique erunt corporum, quia

in sensibilibus impossibile esse, non utique erit substantia nulla.

[illegible]

Amplius hec omnia videntur divisiones esse

corporis, hec quidem ad latitudinem, hec vero ad profun-

ditatem, illud ad longitudinem.

[illegible]

Adhuc autem similiter inest in solido quelibet figura,

quare si nec in lapide Mercurius, nec medietas

[illegible]

[illegible]
cubi in aere sit ut [illegible] ne sensus
nam si contingit et utique hec est [illegible]
[illegible] eadem autem [illegible] est et in linea
et in puncto et unitate · quare si [illegible] quod
[illegible] est corporis hec autem magis hec ut si autem
hec ut [illegible] aliquid distinguit quod [illegible] et quod
[illegible]

[illegible]

Nam cum dictis et [illegible] generationem et corruptionem
accidunt irrationabilia [illegible] cum [illegible] non [illegible]
[illegible] esse [illegible] [illegible] tamen
non [illegible] et corruptio · hec [illegible] puncta [illegible]
et lineas et [illegible] non [illegible] neque [illegible] neque [illegible]
quemadmodum quod [illegible] non [illegible]
non quod copulantur aut dividuntur [illegible]
quod quod una copulatur · quod vero duo [illegible]
[illegible] non [illegible] et [illegible]
et dispersum · [illegible] sunt [illegible] non [illegible] non
[illegible] puncta [illegible] et in duo [illegible]
et corrumpuntur [illegible] aliquid generantur

[illegible]

Simul autem [illegible] unum in [illegible] non [illegible] hec
[illegible] et corruptio · alterum [illegible]
quod [illegible] esse non [illegible] aliquid [illegible]
palam quia [illegible] et [illegible] puncta et lineas et
[illegible] eadem [illegible] nam [illegible] similiter
aut terminum aut divisiones sunt

[illegible]

[illegible]

Erunt vero dubitabit aliquis quare et [illegible]
ad [illegible] [illegible] et [illegible] in [illegible]

[illegible]

Nam si [illegible] quia [illegible] et [illegible] in aliquo
quodam [illegible] in esse [illegible] plura [illegible]
[illegible] non [illegible] [illegible] [illegible] quemad-
modum ut [illegible] non quod [illegible] non
[illegible] [illegible] · si [illegible] huius quod [illegible]
aut huius [illegible] · [illegible] et [illegible]
[illegible] et [illegible] · [illegible] et [illegible]
[illegible] · quare si non [illegible] et [illegible]
alia quedam qualis [illegible] [illegible] quidam
non erit una [illegible] et [illegible] ut [illegible]
[illegible] [illegible] aliquid [illegible]
[illegible] et [illegible] [illegible] hec esse [illegible]
si non [illegible] [illegible] [illegible]
[illegible] · et hec [illegible] dicere quia [illegible]
quedam [illegible] et [illegible]

[illegible]

[illegible]

At vero si principia infinita esse et multitudine et specie dicimus quod contingit necesse est impossibile

[illegible]

Hoc autem a fine quidem ultime partes sunt elementa aut aliud aliquid

[illegible]

Nam si abstracta aqua prius erit aliquid prius quod per eius partes distincta illa, partes autem non minimum est ille modus fractionis

[illegible]

Si vero partes sunt elementa non erunt esse, nam partes est esse quod nondum est, ens. Sed autem nondum, sed autem sit impossibile esse habe dubitacio inter eorum est dubitare de principiis

[illegible]

[illegible]

Et ultima sunt autem ut diximus finita

[illegible]

Nec si ultima non erunt sed erit semper hoc aliquid ... hoc aliquid est ... hoc aliquid et partem quod quidem permaneat multum erit alia secundum ... hoc aliquid et omne ... ultima sunt principia hec contingunt

[illegible]

Hoc autem non ultimum sed quantitate finita non erit possibilis. Ultimum enim si omnium sit quantitate erit plurima, dupla, plura prius ultimum prima sed finita esse erit finita

[illegible]

Iste est quartus liber Metha[physice] in quo philosophus modo determinato ... [illegible]

[illegible]

Est autem scientia quedam que speculatur ens inquantum ens et que huic insunt secundum se.

[illegible]

Hec autem nulli in parte dictarum eadem est. aliarum enim nulla intendit universaliter de ente inquantum est ens, verum partem eius abscindentes aliquam circa hanc speculantur accidens, velut scientie mathematice.

[illegible]

Quoniam autem principia et extremas causas querimus, palam quia nature cuiusdam eas per se esse necesse est. Si igitur et entium elementa querentes hec querebant, necesse et entis elementa esse non secundum accidens sed inquantum entia. Quare et nobis entis inquantum est ens primas causas accipiendum.

[illegible]

Ens autem multis quidem modis dicitur, sed ad unum et ad unam aliquam naturam et non equivoce.

[illegible]

Sed quemadmodum salubre omne ad sanitatem, hoc quidem in conservando, aliud vero in faciendo, aliud vero quia signum sanitatis, hoc autem quia illius est susceptibile. et medicabile ad medicinam: hoc enim in habendo medicinam dicitur medicabile, illud vero in existendo bene natum ad ipsam, et aliud per actum medicine. Similiter autem et alia sumemus his dicta. Sic vero et ens multis quidem modis, sed omne ad unum principium. Hec quidem enim quia substantie, entia dicuntur; alia vero quia passiones substantie; alia vero quia via ad substantiam, aut corruptiones aut privationes aut qualitates substantie aut factiva aut generativa substantie, aut ad substantiam dictorum, aut horum alicuius negationes aut substantie; quapropter et non ens esse non ens dicimus.

[illegible]

[illegible]

Quemadmodum igitur et salubrium omnium una est scientia, ita hoc et in aliis. Non enim solum circa ea que secundum unum dicuntur unius est speculari scientie, sed dicuntur ad unam naturam. Etenim hec modo quodam dicuntur secundum unum.

[illegible]

Palam igitur quia et entia unius est speculari in quantum entia.

[illegible]

Ubique vero proprie primi est scientia, et ex quo alia pendent et per quod dicuntur. Si igitur hoc est substantia, substantiarum oportet principia et causas habere philosophum.

[illegible]

Omnis autem generis et sensus unius una est scientia, ut grammatica una ens omnes speculatur voces. Quare et entis in quantum ens species quotcumque speculari unius est scientie genere, et species specierum.

[illegible]

Si igitur ens et unum idem et una natura, eo quod se adinvicem consequuntur sicut principium et causa, sed non ut una ratione ostensa (nihil autem differt nec si similiter suscipiamus, sed et pro opere magis).

[illegible]

Idem enim est unus homo et homo, et ens homo et homo, et non alterum aliquid ostendit secundum dictionem replicatum, quod est unus homo et ens homo; palam autem quia non separantur nec in generatione nec in corruptione. Similiter autem et in uno. Quare palam quia additio in his idem ostendit, et nihil aliud unum preter ens.

[illegible]

Amplius autem cuiusque substantia unum est non secundum accidens; similiter autem et quod quidem ens aliquid. Quare quecumque unius sunt species, tot et entis. De quibus quod quid est eiusdem scientie genere speculari.

[illegible]

Speculata sunt autem fere omnia contraria

[illegible]

Notandum quod ... unitas in substantia: similitudo est unitas in qualitate: equalitas est unitas in quantitate; ideo ... [illegible]

Karissimus ... [illegible]

[illegible commentary]

Et tot partes sunt philosophie quot substantie, quare necesse

est aliquam primam et habitam ipsarum esse. Existunt enim

statim genera habentia ens et unum, propter quod et scientie

hec sequentur. Est enim philosophus ut mathematicus dictus; etenim

hec partes habet, et prima quedam et secunda est

et alie habite in mathematicis.

[illegible commentary]

Quoniam autem unius est opposita speculari, uni autem opponitur

pluralitas, negationem autem et privationem unius est

speculari, propter utraque enim speculari unum, cuius

negatio aut privatio; aut simpliciter dicta quia non

inest illi, aut alicui generi; hic quidem ergo unum differentia

adest preter quod in negatione; illud enim absentia

negatio est, in privatione vero subiecta quedam fit natura

a qua privatio dicitur.

[illegible commentary]

Uni autem pluralitas opponitur, quare et opposita dictis,

diversum et dissimile et inequale et

contingit alia dicuntur aut secundum eadem aut secundum

pluralitatem et unum est dicte cognoscere scientie, quorum

unum quidem aliquid contrarietas est; differentia enim

quedam contrarietas est; differentia autem diversitas.

[illegible commentary]

Quare quoniam multipliciter dicitur unum, et hec multipliciter quidem

dicentur, attamen omnia unius cognoscere est; non enim

si multipliciter, alterius, sed si neque secundum unum neque ad unum rationes

referuntur, alterius. Quoniam autem omnia ad primum re-

feruntur, ut quecumque unum dicuntur ad primum unum, similiter

dicendum est et de eodem et de diverso et contrariis. Quare

[illegible commentary]

Ergo divisum quot modis dicitur singulum, sic reddenda

dicentur ad primum in singulis predicamentis, quomodo

ad illud dicitur; hec enim in habendo illud, illa vero in fa-

ciendo, alia vero secundum alios dicentur tales modos.

[illegible commentary]

Palam ergo quod in dubitationibus dictum est

quia unius est de hiis et de substantia ratione habere

Sic autem erat unum eorum que in dubitationibus

[illegible]

Et philosophi est de omnibus posse speculari. nam si non philosophi quis erit qui investigabit si idem Socrates et Socrates sedens. aut si unum uni contrarium. aut quid est contrarium aut quotiens dicitur. Similiter autem et de aliis talibus

[illegible]

Quoniam ergo unius in quantum est unum et entis in quantum ens hec per se passiones sunt. sed non in quantum numeri aut linee aut ignis. palam quia illius scientie est et quid sunt cognoscere et accidentia ipsis. et non peccant qui de ipsis intendebant ut non philosophantes. sed quia prius est substantia de qua nichil intelligunt. quare sicut et numeri in quantum numerus proprie passiones ut imparitas paritas commensuratio equalitas excessus et defectus et hec et secundum se et ad invicem insunt numeris. Similiter autem et solido et immobili et mobili et levi et gravi sunt alie proprie. sic et enti in quantum ens sunt quedam propria. et hec sunt de quibus est philosophi perscrutari veritatem

[illegible]

Signum autem dialectici namque et sophiste eandem subinduunt figuram philosopho. nam sophistica apparens solum sapientia est. et dialectici disputant de omnibus. omnibus autem ens commune est. disputant autem de his palam quia propter hoc quod philosophie sunt ipsa propria. circa idem namque genus versatur sophistica et dialectica philosophie. sed differt ab hac quidem modo potestatis. ab illa vero vite prohiresi. est autem dialectica temptativa de quibus philosophia est cognitiva. sophistica vero apparens ens autem non

[illegible]

Amplius autem contrariorum altera coelementaris privatio. et omnia referuntur ad ens et non ens et ad unum et pluralitatem. ut status unius et motus pluralitatis. entia vero et substantiam confitentur ex contrariis fere omnes componi. omnes enim principia dicunt contraria. hi quidem par et impar. illi calidum et frigidum. alii finitum et infinitum. alii amorem et odium. omnia vero et alia videntur reducta ad unum et pluralitatem. sumatur enim ipsa reductio nobis. principia vero et omnia que ab aliis et in genera hec cadunt

[illegible]

Palam igitur et ex his quia unius est scientie ens in quantum ens speculari. omnia namque aut contraria aut ex contrariis. principia vero contrariorum unum et pluralitas. hec autem unius scientie sive secundum unum dicuntur sive non ut forsan habet veritatem. attamen et si multipliciter dicitur unum ad primum alia dicentur et contraria similiter

[illegible]

Et si hoc est non est ens aut unum universale et idem in omnibus aut separabile ut forsan non est. sed hec quidem ad unum illa vero consequentia. et ideo non est geometrie speculari quid contrarium aut perfectum aut unum aut ens aut idem aut diversum. sed aut ex suppositione

[illegible]

Quod quidem igitur unius scientie est ens inquantum ens speculari et que insunt ei inquantum est ens, manifestum. Et quia non solum substantiarum sed et accidentium eadem est theoria, et de diverso et simili et pari et impari et genere et specie et toto et parte et aliis talibus.

[illegible]

Dicendum autem utrum unius aut diverse scientie de vocatis in mathematicis dignitatibus et de substantia.

[illegible]

Palam autem quia unius et eius que est philosophi et que de hiis perscrutatio.

[illegible]

Omnibus enim insunt existentibus sed non generi alicui seorsum separatim ab aliis. Et utuntur omnes quia entis inquantum ens, unumquodque autem genus ens. Intantum vero utuntur inquantum eis sufficiens est, hoc autem est quantum continet genus de quo ferunt demonstrationes. Quare quoniam manifestum quia inquantum entia insunt omnibus, hoc enim commune, eius qui de ente inquantum est ens cognoscit et de eis est speculatio.

[illegible]

Unde nullus particulariter intendentium intendit dicere aliquid de eis si vera aut non, nec geometra nec arismetricus. Physicorum quidam hoc facientes soli namque putabant de tota natura

[illegible]

[illegible]

Sed quia adhuc physico aliquis est superior, unum enim aliquod genus entis natura, et eius qui est universalis et circa primam substantiam theoricum et de hiis erit perscrutatio. Est autem sophia quedam physica sed non prima.

[illegible]

Quecumque vero conantur dicentium quidam de veritate quo oportet recipere propter ignorantiam analyticorum hoc faciunt. Oportet enim de hiis prescientes venire sed non audientes querere.

[illegible]

Quod quidem igitur est philosophi et de omni substantia speculantis inquantum congruit et de omnibus syllogisticis principiis est perscrutari palam.

[illegible]

Convenit autem maxime cognoscentem circa unumquodque genus habere dicere firmissima rei principia, quare et de entibus inquantum entia sunt omnium firmissima. Est autem hic philosophus.

[illegible]

[illegible]

Firmissimum autem principium omnium est circa quod impossibile est mentiri; notissimum enim esse tale necesse est natura, nam circa que ignorant decipiuntur omnes, et non conditionale. Quod enim necessarium habere quodcumque entium intelligentem, hoc non suppositio. Quod autem cognoscere necessarium quodcumque cognoscentem et venire ad habentem necesse.

[illegible]

Tenet quidem et tale principium omnium esse firmissimum palam; quod vero sit illud post hec dicamus.

Idem enim simul esse et non inesse eidem et secundum idem impossibile, et quecumque alia determinaverimus ultra propter logicas difficultates. Hoc autem omnium firmissimum est principiorum; habet enim dictam determinationem.

[illegible]

Impossibile namque quemcumque idem existimare esse et non esse, quemadmodum quidam putant dicere Heraclitum. Non est enim necessarium que aliquis dicit hec et existimare. Si vero non contingit simul inesse contraria eidem, ... contraria vero est opinio opinioni que contradictionis, palam quia impossibile simul existimare eundem esse et non esse idem; simul enim habebit contrarias opiniones qui de hoc est mentitus.

[illegible]

Contra ipsas omnes demonstrantes in hanc reducunt ultimam opinionem.

[illegible]

Natura namque principium et aliarum dignitatum hoc omnium.

[illegible]

Sunt autem quidam qui ut diximus dicunt contingere idem esse et non esse et existimare ita. Utuntur autem hac ratione multi eorum qui de natura. Nos autem nunc accepimus quia impossibile existente simul esse et non esse, et per hoc ostendimus quia firmissimum hoc principiorum omnium.

[illegible]

Volunt enim et hoc demonstrare quidam propter ineruditionem. Est enim ineruditio non cognoscere quorum oportet querere demonstrationem et quorum non oportet; omnino quidem enim impossibile omnium esse demonstrationem, in infinitum enim procederet, ut nec ita sit demonstratio. Si vero quorundam non oportet querere demonstrationem, quod dignum magis esse tale principium non habent dicere.

[illegible]

[illegible]

Est autem denuntiare clientem et dicere hec esse impossibile si ponitur aliquid dicit quod dubitat. Si vero inde deceptio est quoniam usque ad nulla hunc nomen inquisitionis non habemus simulis cum plurali talia inquisitionem talis tamen est

[illegible]

Clientem autem denuntiare nunquam videbitur parvum differre et denuntiare quia denuntiantes quidem in principio sed non tali opinione est clientem nunquam esse et non denuntiare

[illegible]

Principium vero ad omnia talia non velle aut esse aliquid dicere aut non esse. hec enim forsan utique quis opinabitur quod ea quod potest. sed significare quidem aliquid et ipsa et alii hec enim necesse est si dicat aliquid. Si enim non, non utique erit talis sermo nec ipsi ad se ipsum nec ad alium. si quis autem hoc dederit erit demonstratio. erit enim aliquid diffinitum. sed non demonstrans sed sustinens causa. interimens enim rationem sustinet rationem

[illegible]

[illegible]

Primum quidem igitur manifestum quod hoc ipsum verum est quod significat nomen esse aut non esse hoc. quare non utique omne sic et non sic se habebit

[illegible]

Amplius si hoc significat unum sit hic animal bipes. dico autem significare hic si hic est homo si sit aliquid homo hic erit hominem esse. nil autem differt nec si plura quidem dicat significare solum autem diffinita ponitur enim utique significare unicuique rationi alterum nomen. Dico autem utique non dicere hominem unum significare sed multa quorum unius una ratio animal bipes. sunt autem et alie plures sed diffinite ponitur enim proprium nomen cum unaquaque ratione. Si autem non ponatur sed infinita significare dicat palam quia non utique erit ratio. nam non unum significare nil significare est. non significantibus autem nominibus aufertur ad invicem disputare in veritate autem et ad se ipsum. nil enim contingit intelligere non intelligentem unum. Si autem contingit ponatur huic rei nomen unum

[illegible]

Amplius si homo [illegible]

[illegible]

Sit utrumque sicut a primo dictum est scilicet aliquid non et sicut verum, non utrumque contingit hominem esse sicut, quod quod non esse hominem sit homo sit non solum de uno

sed et unum non cum hic significaret unum sicut quod de uno, quoniam sic utique omnia unum et album et homo unum

sicut, quare unum omnia erunt, similiter utique et non erunt esse et non esse idem, neque alii opinionem

neque propter non hominem contrariam aliis non homines erit

Dubitatur vero hic nunc est sicut contingit idem esse et non esse homines in unum sicut [illegible]

[illegible]

Sed amplius non sicut alterum hoc et non hoc palam quia non esse hominem, aut esse hominem non de albo quidem aut hominem esse non hominem esse. Verum eius et hic cum sit esse unum in verificando et [illegible]

sed ratio una. Sed vero erit unum et unum sicut hominem esse et non hominem, sed conveniunt cum alterum significent

[illegible]

Necesse utique sed verum quod dicere quia homo animal esse bipes, hoc enim erat quod significat homo, sed sicut hoc necesse non contingit non esse hoc ipsum animal bipes. Hoc enim sicut necesse esse impossibile non esse hominem non contingit simul verum esse dicere idem hominem esse et non esse

hominem [illegible]

[illegible]

Nam esse et non hominem esse alterum significat, si quidem album esse et hominem esse alterum multo enim oppositum magis quare significat contrarium sed amplius et album dicit id sicut et unum erit et hoc et lapidem idem dicimus quod et prius dictum est quia unum omnia sicut et non solum contraria

Sed amplius hoc non contingit continget quod dictum est

[illegible]

Si redeatur ad interrogationem sed amplius apponatur interrogantem simpliciter et negationem non reddet ad interrogatum, non enim proloqui esse idem et hominem et album et alia mille alia pluralitates alternationem interrogante sed utrum est dicere hominem hoc esse aut non reddendum

est unum significans et non addendum quoniam et album et magnum etiam impossibile infinita entia enumerare pertransire. aut igitur omnia pertranseat aut nullum. Similiter autem et si milliens est idem homo et non homo non est

[illegible]

Consequenter interrogatur si homo est et est et non homo si non et alia huiusmodi accidunt sunt contradictoria [illegible] contraria sunt et non sunt. Si autem hoc non fiet non disputabit

[illegible]

Omnia vero contingit simul haec dicentem significare [illegible] omnia namque dicit animal esse verum, et quod verum homo esse aut animal esse necesse

In secunda particula [illegible]

[illegible]

Nam si erit quod verum homo esse aut animal esse non esse, hoc non erat non homo esse aut non esse homo, quoniam haec negatio huius [illegible] erat quod significat [illegible] hoc [illegible] sic non significat quia non aliquid aliud esse [illegible] quod vere homo esse, quod vere non homo esse aut quod vere non esse homo [illegible] erat quare dicere eos est necesse quia nullius erit [illegible] sed omnia in accidente; hoc enim [illegible] accidens alterius [illegible] homo quod alterum sed non quod verum alterius

[illegible]

Si vero omnia secundum accidens dicuntur, nullum primum erit universale [illegible] accidens [illegible] partem in infinitum [illegible] impossibile

[illegible]

neque enim plura duobus complectuntur. Accidens enim non accidenti accidit nisi quia ambo eidem accidunt. Dico autem ut album musicum et hoc albo quia ambo homini accidunt, sed non Socrates musicus ita quod ambo accidunt alicui alteri. Quoniam [illegible] ista, illa vero illo non dicuntur accidentia huiusmodi sic dicuntur ut album Socrati non contingit infinitum esse in superius, ut Socrati albo alterum aliquod accidens, nec enim fit aliquid unum ex omnibus, nec albo alterum aliquod erit accidens ut musicum; nihil enim magis illud huic accidit quam illud illi [illegible] simul quia [illegible] accidens [illegible] musicum Socrati huiusmodi sic non accidentia accidunt accidens [illegible] huiusmodi illa non

[illegible]

[illegible]

[illegible]

Amplius si contradictiones simul de eodem vere sunt omnes, palam quod omnia erunt unum. Erit enim idem triremis et murus et homo si de omni aliquid aut affirmare aut negare contingit

[illegible]

Quemadmodum est necesse dicentibus verbum pithagore. nam alicui si videtur non esse triremis homo palam quia non est triremis. quare et est si contradictio vera

[illegible]

Et fit utique quod anaxagore simul omnes esse ut nil vere unum sit. indefinitum igitur videntur dicere et putantes ens dicere de non ente dicunt. nam potestate ens et non endelechia indefinitum est

[illegible]

At vero dicendum est ipsis de omni affirmationem aut negationem. inconveniens enim si unicuique negatio quidem inerit, que vero alterius quod non inest ei non inerit. Dico autem ut si verum est dicere hominem quia non homo, palam quia et non triremis. Si quidem igitur affirmatio, necesse et negationem. Si vero non existit affirmatio, negatio inerit magis quam que sua. Si igitur et illa inest, inerit et que triremis. Si autem hec et affirmatio. Hec quidem igitur contingunt hanc dicentibus rationem

[illegible]

[illegible]

Et quia nec necesse aut dicere aut negare. Nam si verum quia homo et non homo, palam quia et neque homo erit neque non homo. nam duorum due negationes. Si autem una ex utrisque illa, et hec una utique

[illegible]

Amplius aut in omnibus ita se habet et est album et non album et ens et non ens et in aliis dictionibus et negationibus similiter aut non, sed in quibusdam quidem et quibusdam non

[illegible]

Et si quidem non circa omnia hec utique erunt confesse

[illegible]

[illegible]

Iterum vero omnes verum aut de quibuscumque dicere et negare et de quibuscumque negare et dicere, aut de quibus quidem dicere et negare, de quibusdam vero non. Et si de quibuscumque non, et de omnibus dicere [illegible] erit aliquid firmiter non ens et hoc erit firma opinio, et quod non esse firmum aliquid sit et notum, magis utique erit notior affirmatio opposita [illegible]

[illegible]

Si vero negandi similiter et quaecumque negare dicere, necesse de his aut vere dividentem dicere ut quod album et iterum quod non album, aut non. Et si quidem non verum dividentem dicere, non dicit haec, et non est nihil. Non entia autem quomodo utique pronuntiabunt aut ambulabunt? Et omnia utique erunt unum, ut prius dictum est, et idem erit et homo et deus et trireme et contradictiones eorum. Si enim similiter de unoquoque, nihil differet aliud ab alio; nam si differt, hoc erit verum et proprium [illegible]

[illegible]

Similiter autem et si dividentem contingit verum esse, accidit quod dictum est, et adhuc quod omnes vera dicerent et omnes mentirentur, et ipse semetipsum fatetur dicere falsum. Simul autem palam est de nullo est ad hunc perscrutatio; nihil enim dicit. Nec enim ita neque non ita dicit, sed ita et non ita. Et iterum haec negat ambo, quia neque ita neque non ita [illegible]

[illegible]

[illegible]

Amplius si quando affirmatio vera, negatio falsa, et quando haec vera, affirmatio falsa, non erit utique simul idem dicere et negare vere.

[illegible]

Sed forsan dicet utique hoc esse quod a principio positum est.

[illegible]

Amplius utrum qui aut ita existimant habere aliquo modo, aut non habere, mentiuntur, qui autem ambo verum dicunt. Nam si vere dicunt, quid utique erit quod dicitur quia talis est entium natura? Si vero non vere, sed magis vere quam ille qui sic existimant, iam aliqualiter se habebunt entia, et hoc verum utique erit, et non simul et non verum. Si autem similiter et omnes mentiuntur et vera dicunt

[illegible]

nec praemeditandum nec dicendum esse. Simul enim
hoc et non hoc dicit. Si autem nihil suscipit, sed similiter existimat
et non existimat, quid utique differenter habebit a planta?

[illegible]

Unde et maxime manifestum est quod nullus ita dispositus est
nec aliorum nec dicentium hanc rationem. Quare namque vadit
Megaram et non quiescit putans vadere? Neque statim mane
deambulando vadit in puteum aut in praecipitium si contingit,
sed videtur timens tamquam non similiter putans non bonum esse incidere
et bonum. Palam ergo quia hoc quidem melius existimat,
hoc autem non melius. Si autem hoc, et hoc quidem hominem, hoc autem non
hominem necesse est existimare, et hoc quidem dulce, illud autem non dulce. Putare necesse est:
non enim ex aequo omnia quaerit et existimat, quando putans
melius aquam bibere et hominem videre deinde ea quaerit. Quamvis oportebat,
si idem erat similiter homo et non homo. Sed quod dictum est,
nullus est qui non videtur haec quidem timens, illa vero non. Quare
ut videtur, omnes existimant habere simpliciter, si non de omnibus,
sed de meliore et deteriore.

[illegible]

Si autem non scientes sed opinantes, multo magis curandum
utique erit de veritate, quemadmodum infirmo quam
sano de sanitate. Etenim opinans ad scientem non
salubriter disponitur ad veritatem.

[illegible]

Amplius si quam maxime sic omnia se habent et non sic,
sed magis et minus verum, non enim utique plura
similiter dicimus duo esse paria et tria, nec similiter
mentitur qui quattuor putat opinatus quinque et qui mille.
Si ergo non similiter, palam quia alter minus, ergo magis
verum dicit. Si ergo quod magis est propinquius, erit utique
aliquod verum cuius propinquius quod magis verum. Et utique
si non est, sed iam aliquid est firmius et veridicum, et a
sermone erimus utique exempti immixto et prohibente
aliquid mente determinare.

[illegible]

Est autem et ab eadem opinione Protagorae sermo, et necesse
similiter ipsos ambos aut esse aut non esse. Nam si quae videntur
omnia sunt vera et apparentia, necesse omnia simul vera
et falsa esse. Multi namque contraria invicem opinantur
et non eadem opinantes falsos putant.
Quare necesse idem esse et non esse.

[illegible]

[illegible]

Et ex hoc necesse positis omnia vera esse. contraria namque invicem opinantur mentientes et veraces dicentes. Ergo entia si sic se habent veraces dicunt omnes. quod et alii eorum sunt intellectu carentes palam.

[illegible]

Est autem non idem modus occurrendi ad omnes hos, namque persuasione egent. illi vero violentia. Quicumque enim ex dubitare sic existimaverunt horum bene sanabilis ignorantia. non enim ad orationem sed ad mentem obviatio eorum. Quicumque vero orationis causa dicunt horum argumenti curatio et eius que in voce orationis et eius que in nominibus.

[illegible]

Venit autem dubitantibus hec opinio ex sensibilibus. que quidem eius quod simul contradictiones et contraria existere videntibus ex eodem fieri contraria. Si ergo non contingit fieri non ens preexistit similiter res ambo ens. quemadmodum et Anaxagoras mixtum omne in omni ait et Democritus etenim vacuum et plenum similiter in quocumque existere parte, quamvis hoc quidem ens illud vero non ens.

[illegible]

Ad eos quidem igitur qui ex his existimant dicendum quia modo quodam recte dicunt et modo quodam ignorant.

Ens enim dupliciter dicitur. Est ergo quodammodo contingit fieri aliquid ex non ente. est autem quomodo non. et simul esse idem ens et non ens. sed non secundum idem ens. potentia namque contingit simul idem esse contraria. actu vero non.

[illegible]

Amplius autem dignificabimus ipsos existimare et aliam substantiam esse entium cui nec motus inest nec corruptio nec generatio omnino.

[illegible]

Similiter autem et que circa apparentia veritas quibusdam ex sensibilibus venit. Verum enim non pluralitate iudicari putant oportere nec paucitate. idem vero hoc quidem dulce gustantibus esse videtur. aliis vero amarum. quare si omnes laborarent aut omnes desiperent. duo autem aut tres sani sint aut intellectum haberent. hos quidem videri laborare et desipere alios vero non.

[illegible]

[illegible]

Amplius autem multis aliorum animalium contraria nobis videri

et nobis ipsis autem unicuique ad sensum non eadem

semper sensus videri. quia igitur horum vera aut falsa non

manifestum. nichil enim magis haec quam illa vera sed

similiter. propter quod democritus ait. aut nichil esse

verum. aut nobis non manifestum

[illegible]

Omnino vero propter existimare prudentiam quidem sensum

et hunc autem esse alterationem quod videtur secundum sensum ex necessitate

verum esse dicunt

[illegible]

Ex hiis enim empedocles et democritus et aliorum

ut est dicere unusquisque talibus opinionibus

facti sunt rei. etenim empedocles permutantes ha-

bitum permutare dicit prudentiam. ad presens enim

consilium augetur in hominibus. et in aliis dicit quia

quantum alteri transmutati sunt tantum ipsis et

sapere alterum fiunt

[illegible]

[illegible]

Parmenides vero enunciat eodem modo. ut enim quisque

habuit membrorum complexionem multa flexorum

et ita mens hominibus adest. idem enim est quod quidem

sapit membrorum natura hominibus et omnibus et

omni. quod enim plus est intelligentia

[illegible]

Anaxagore quoque pronunciatur recordatum ad

quosdam sociorum eius quod talia ipsis erunt

entia qualia utique existimaverint ipsa

[illegible]

Dicunt autem et homerum videri hanc habentem

opinionem quia fecit hectorem tamquam in extasi

fuit a plaga iacere aliud sapientem tamquam

sapientes quidem et desipientes sed non eadem

[illegible]

Palam igitur quia si utrique prudentie et entia

simul sunt et non sunt sic habent

[illegible]

Unde et gravissimum accidit. nam si qui

maxime contingens verum viderunt. hii autem

sunt maxime querentes ipsum et amantes

hii tales habent opiniones et hec enunciant de veritate

quomodo non est dignum aggredientes philosophari desperare.

nam volantia persequi est veritatem utique inquirere

[illegible]

de [illegible]

[illegible]

Causa autem opinionis causa est quia de entibus quidem veritatem intendebant entia autem putaverunt esse sensibilia solum. In his vero multa quae indeterminati natura existit et quae entis sicut diximus. Propter quod decenter quidem dicunt, non vera autem dicunt. Sic enim congruit magis dicere quam sicut Epicharmus ad Zenophanem.

[illegible]

Amplius autem omnem videntes hanc motam naturam, de permutante autem nihil verum dicimus, circa vero omnino permutans non contingere verum dicere. Ex hac enim opinione pullulavit opinio dictorum summa quae est dicentium heraclitizare, et qualem Cratylus habuit, qui tandem nihil opinatus est oportere dicere sed digitum movebat solum, et Heraclitum increpuit dicentem bis in eodem flumine

non est intrare; ipse enim existimavit nec semel.

[illegible]

Nos autem ad hanc quidem rationem dicimus quod permutans

quod permutat [illegible]

[illegible]

Est igitur dubitabilissimum: abiciens enim secundum aliquid eius quod abicitur et eius quod fit iam necesse aliquid esse, et omnino quod corrumpitur existit aliquid ens, et si fit ex quo fit et a quo generatur necesse esse, et hoc non esse infinitum.

[illegible]

Sed haec permittentes illa dicamus quod non est idem permutare secundum quantitatem et secundum qualitatem; secundum quantitatem quidem sit utique non manens, sed secundum speciem omnia cognoscimus.

[illegible]

Amplius autem dignum est increpare existimantes quod sensibilium in minoribus numero sicut se habentem et de toto caelo similiter enuntiantes; nam circa nos sensibilis locus in generatione et corruptione solum ens. Sed hic ut dicatur nulla pars est omnis, quare iustius utique propter illa hos absolvere quam propter haec illa condemnare

[illegible]

[illegible]

Amplius autem palam quia et ad hos eadem dicta dicimus. Quia enim est immobilis natura quaedam ostendendum ipsis et credendum eis.

[illegible]

Eundem contingit simul dicentibus esse et non esse quiescere magis dicere omnia quam moveri. Non enim est aliquid in quod permutabuntur, nam omnia insunt omnibus.

[illegible]

De veritate autem quod non omne apparens verum, primum quidem quia nec sensus falsus proprii est sed fantasia non est idem sensui.

[illegible]

Amplius dignum mirari si hoc dubitant utrum tante sunt magnitudines et colores tales quales a remotis videntur aut quales de prope. Et utrum quales sanis aut quales laborantibus. Et graviora utrum qualia debilibus aut qualia validis. Et vera utrum qualia dormientibus aut qualia vigilantibus. Quod quidem enim non putant palam. Nullus igitur si supponit de nocte Athenis esse cum in Libia vadit ad Odeum.

[illegible]

Amplius autem de futuro ut et Plato dicit nequaquam similiter propria medici opinio et ignorantis velut de futuro sano fore aut non de futuro.

[illegible]

Amplius autem et in sensibus non similiter propria alieni et propria autem proximi et eius quod proprium est, de coloribus quidem visus non gustus, de saporibus gustus non visus.

[illegible]

Quorum unusquisque in eodem tempore circa idem numquam dicit simul sic et non sic habere. Sed neque in alio tempore circa passionem dubitavit, sed circa id cui accidit passio. Dico autem puta idem quidem vinum videbitur utique aut mutatum aut corpore mutato quandoque quidem esse dulce quandoque autem non esse dulce. Sed quod dulce quale est cum sit numquam mutavit, sed semper de ipso verum dicit et est ex necessitate futurum tale dulce.

[illegible]

[illegible]

Amplius et hec hec vero quod desipientes quedam a sanis non esse nullus. ita nec ex contrariis nihil necessarium cum non conveniat alio et alio hec. esse accipiendum est ex necessitate non habet ita et non ita totum

[illegible commentary]

Totaliter quod si est solum sensibile nihil utique erit solum non existentibus animatis. sensus enim non erit. neque sensibilia esse neque sensationes forsan verum. passio enim sentientis hec est. subiecta vero non esse que faciunt sensum impossibile. non enim sensus sui ipsius est sed est aliquod alterum preter sensum quod prius est sensu. nam movens eo quod movetur prius est natura. et utique si dicantur ad invicem hec nihil minus

[illegible commentary]

Sunt autem quidam qui dubitant hec persuasorum et hec verba solum dicentium. querunt enim quis est qui iudicat sanum et omnino circa singula recte iudicantem. tales vero dubitationes similes sunt dubitare utrum dormimus nunc aut vigilamus

[illegible commentary]

Possunt autem dubitationes omnes tales idem. omnium enim rationem hi dignificant. principium enim querunt et hoc per demonstrationem accipere. quoniam non persuasi sunt manifestum est in actibus. sed quod diximus hec passio est. non enim querunt quorum non est demonstratio

principium non est demonstratio. Hi quidem igitur facile hoc crederent. est enim non difficile sumere. In sermone autem vim solum querentes impossibile querunt. contraria namque dicere dignificant statim contraria dicentes. Si autem non omnia sunt ad aliquid sed quedam sunt et ipsa secundum se non utique erit

[illegible commentary]

Si autem non omnia sunt ad aliquid sed quedam sunt et ipsa secundum se non utique omne quod apparet verum. nam quod apparet alicui apparet. quare qui dicit omnia que apparent esse vera. omnia que sunt facit ad aliquid.

[illegible commentary]

Propter quod et observandum vim in sermone querentibus simul autem et sustinere sermonem dignificantibus quod non apparet est. sed quod apparet cui apparet et quando apparet et qua et sic. si autem sustineant sermonem sed non sic accidet ipsis contraria dicere cito. contingit enim idem secundum visum mel apparere gustui vero non. et oculis duobus existentibus non eadem utique visum si sint dissimiles quia ad dicentes propter olim dictas causas quod apparens verum est. et propter hoc omnia similiter esse falsa et vera. neque enim omnibus eadem apparere contingit. neque semper eidem sed multotiens contraria in eodem tempore. tactus enim duo dicit in digitorum variatione visus autem unum. sed non eidem et secundum idem sensui et similiter et in eodem tempore. quare hoc utique erit verum. sed forsan propter hoc necesse dicere hiis qui non propter dubitationem sed orationis causa dicunt quod hoc non est verum sed huic verum

[illegible commentary]

Et sicut prius dictum est necesse adinvicem facere omnia
et ad opinionem et sensum. quare nec factum est nec erit
nil nullo preopinante. Si vero factum est aut erit palam
quia non erunt omnia ad opinionem

[illegible]

Amplius si unum ad unum aut ad determinatum et si idem est
dimidium et equale. sed non ad duplum equale. ad opinans
itaque si idem homo et opinatum non erit homo opinans sed
opinatum. Si vero unumquodque erit ad opinans ad infinita
erit specie opinans.

[illegible]

Quod quidem igitur firmissima opinio omnium non simul esse veras
dictiones et que accidunt sic dicentibus et propter quid sic
dicunt tanta sint dicta

[illegible]

Quoniam autem impossibile est contradictionem simul verificari
de eodem palam quia nec contraria simul inesse eidem
contingit. contrariorum enim alterum privatio est non minus
substantie autem privatio negatio est ab aliquo determinato genere.
Si igitur impossibile est simul affirmare et negare vere impossibile et
contraria simul inesse. sed aut quo ambo aut alterum quo
alterum vero simpliciter

[illegible]

[illegible]

At vero nec contradictionis medium esse contingit
sed necesse aut dicere aut negare unum de uno quocumque
palam autem primum diffinientibus quid verum et quid falsum
dicere namque ens non esse aut non ens esse falsum. ens autem esse
et non ens non esse verum. quare et qui dicit esse aut non esse
verum dicet aut mentietur. sed neque ens dicitur non esse
aut esse neque non ens

[illegible]

Amplius aut medium erit contradictionis quemadmodum pallidum
album et nigri. aut quemadmodum neutrum hominis
et equi. Si quidem igitur sic non permutabitur. ex non bono enim
in bonum permutatur aut ex bono in non bonum. Nunc
autem videtur semper. non est enim permutatio nisi in opposita
et media. Si autem est medium et sic erit aliqua
in album non ex non albo generatio. nunc autem non videtur

[illegible]

Amplius omne intellectuale et intelligibile
mens aut dicit aut negat. hoc autem ex diffinitione palam
quando verum dicit aut mentitur. quando quidem sic componit
dicens aut negans verum dicit. quando vero sic mentitur

[illegible]

Amplius pr omnes erit contradictionis medium nisi ut
causa dicatur quamvis et ut verum dicit aliquis aut
non verum dicit. et praeter ens et non ens erit quare et praeter
generationem et corruptionem transmutatio quaedam erit

[illegible]

Amplius in quibuscumque generibus negatio contrarium
infert et in his erit. ut in numeris neque impar neque
non impar numerus erit. sed impossibile ex diffinitione vero palam

[illegible]

Amplius in infinitum vadit et non solum emiolia quae sunt
erunt sed plura. iterum enim erit hoc negare ad dictionem
et negationem et hoc erit aliquid non substantia enim quaedam est ipsius alia

[illegible]

Amplius interrogantes si est album dicit quia non nihil
aliud negavit quam ipsum esse. non vero esse negatio

[illegible]

Venit autem haec opinio quibusdam sicut et aliae inopinabilium
non solventes quia enim solvere non possunt orationes contentiosas
annuentes orationi consentiunt verum esse quod est syllogizatum

Hi quidem igitur propter talem causam dicunt. Illi vero propter
omnium rationem inquirere

[illegible]

Principium autem ad hos omnes ex diffinitione. diffinitio
vero fit ex ipso significare ad necessitatem esse. ratio namque
cuius nomen est signum diffinitio fit

[illegible]

Videtur autem Heracliti quidem ratio dicens omnia esse et non esse
omnia vera facere

[illegible]

Anaxagorae vero esse aliquid medium contradictionis
quare omnia falsa. nam quando miscentur nec bonum neque
bonum est mixtum quare nihil dicere verum

[illegible]

Determinatis autem his palam quia et unice dicta
et de omnibus impossibile est esse sicut quidam dicunt
hi quidem nihil dicentes verum esse. nihil enim prohibere
dicunt sic omnia esse sicut diametrum commensurabilem esse. illi vero omnia vera. fere namque
ipsi rationes eaedem Heracliti. nam qui dicit quia omnia
sunt vera et omnia falsa. et seorsum dicit utrumque
quare si sunt impossibilia illa et haec impossibile est

[illegible]

[illegible]

Amplius aut evidens contradictiones sunt quas non c[on]t[ingit] simul esse veras ut neque falsas omnes et hec quid prohibiliu[m] magis c[on]ti[n]git ex dictis

[illegible]

Ergo ad omnes tales orationes ex querere quemadmodum in superioribus sermonibus dictum est aut esse aliquid aut non esse sed significare aliquid quare ex diffinitione disputandum accipientes quid significat esse verum aut falsum

[illegible]

Si aut nil aliud verum dicere quam negare falsum impossibile omnia falsa esse est enim necesse contradictionis alteram partem

[illegible]

Amplius si omne aut dicere aut negare est necesse utraque falsa esse impossibile est alteram namque partem contradictionis est falsa

[illegible]

Accidit itaque et quod famatum est de omnibus talibus orationibus ipsas seipsas destruere nam qui omnia vera dicit orationem sui contrariam veram facit quare et suam non veram contrariam enim non dicit ipsam esse veram qui vero omnia falsa et ipse seipsum

[illegible]

omnia esse vera dicit quam contrariam sui esse veram dicit aliter omnia esse falsa verum dicit se falsum

Si aut excipiunt quod contrariam quidem non sola veram ille vero suam propriam quod non falsam infinitas accidit ipsis petere orationes veras et falsas nam qui dicit veram orationem veram est hec aut in infinitum vadit

[illegible]

palam aut hec quia nec qui omnia quiescere dicunt vere dicunt nec qui omnia moveri

[illegible]

Nam si quiescunt omnia semper eadem vera et falsa erunt videtur aut hec transmutabilis nam qui dicit aliquando ipse non erat et iterum non erit

[illegible]

Si vero omnia moventur nil erit verum omnia ergo falsa sed hec ostensum est quia impossibile est

[illegible]

Amplius ens permutari est necesse nam ex aliquo in aliquid est permutatio

[illegible]

At vero nec omnia quiescunt aut moventur aliquando semper aut nil eternum est aliquid quod semper movet que moventur et primum movens immobile ipsum

[illegible]

[illegible]

Principium dicitur aliud quidem unde utique aliquid rei movebitur primum ut longitudinis et vie hinc quidem hoc principium ex opposito autem alterum

[illegible]

Aliud unde utique optime fiet unumquodque ut doctrine non a primo et rei principio aliquando inchoandum sed unde facillime addiscet

[illegible]

[illegible]

Aliud vero primum generatum inexistente ut navis prode et domus fundamentum et animalium alii cor alii cerebrum alii quodcumque [illegible] tale putant

34 [illegible]

Aliud unde fit primum non inexistente et unde primum motus natus inchoare et permutatio ut puer ex patre et matre et bellum ex convicio

[illegible]

Aliud cuius secundum voluntatem moventur que moventur et mutantur que mutantur ut in civitatibus principatus et potestates et regna et tyrannides principia dicuntur et artes et harum architectonice maxime

[illegible]

Amplius unde cognoscibilis res primum et hoc dicitur principium rei ut demonstrationum suppositiones

[illegible]

Totiens autem et cause dicuntur omnes enim cause principia

[illegible]

Omnium igitur principiorum commune est primum esse unde aut est aut fit aut cognoscitur. Horum autem hec quidem inexistentia sunt illa vero extra. Quapropter natura principium et elementum et mens et voluntas

[illegible]

[illegible]

Tempus vero dicit quod non ex tempore fit aliquid [illegible] ut eo stante et augmentum [illegible]

[illegible]

[illegible]

Amplius [illegible]

[illegible]

Amplius [illegible] ambulando [illegible] quod ambulat [illegible]

[illegible]

[illegible]

Et [illegible]

[illegible]

Amplius [illegible]

causa salutis usque vero ut pictura et huiusmodi cause sunt in movendo

[illegible]

Omnes vero cause dicte in quatuor cadunt modos manifestissimos. Nam elementa quidem sillabarum et materia factorum et ignis et terra et talia omnia corporum et partes totius et suppositiones conclusionis ut ex quo cause sunt.

[illegible]

Horum autem hec quidem quasi subiectum ut partes, illa vero ut quod quid erat esse et totum et compositio et species. Sperma vero et medicus et consiliator et omnino efficiens, omne unde principium permutationis aut status. Alia vero ut finis et bonum aliorum. Nam quod cuius causa optimum et finis aliorum vult esse. Nichil autem differt dicere ipsum bonum aut apparens bonum. Cause quidem igitur hee et tot sunt specie.

[illegible]

Modi vero causarum numero quidem multi sunt, capitulatim vero et hi pauciores. Dicuntur autem cause multe.

[illegible]

Dicuntur quidem cum cause multe et ipsarum specie eiusdem prius et posterius alia quam alia, ut sanitatis medicus et artifex, et eius quod est diapason duplum et numerus, et semper continentia quecumque singularium.

[illegible]

Amplius autem ut accidens et horum genera, velut statue aliter Policletus et aliter statuefactor, quoniam accidit statuefactori Policletum esse; et continentia accidens, ut si homo causa statue aut et totaliter animal. Sunt autem et accidentium alia aliis remotius et propinquius, ut si albus et musicus causa dicatur statue. Et non solum ...

[illegible]

Preter omnia autem et proprie dicta et ut accidentia, hec quidem ut potentia dicuntur, illa vero ut agentia, ut edificandi edificator aut edificans edificator.

[illegible]

[illegible]

Similiter autem dicuntur et in quibus esse sunt cause
dicto, ut homines statue aut statue et omnino ima-
ginis aut ex[illegible] aut ex[illegible] aut [illegible]
et in accidentibus similiter

[illegible]

Amplius autem complexa hec et illa dicuntur ut non
Polycletus neque statuificator sed Polycletus statuificator

[illegible]

Attamen omnia hec sunt pluraliter sex dupliciter dicta
aut enim ut singulare aut ut genus et ut per
se, aut ut accidens ut genus accidentis aut ut complexa
hec aut ut simpliciter dicta

[illegible]

Amplius ut agentia aut secundum potentiam

[illegible]

Differunt autem intantum quia agentia quidem et singularia
simul sunt et non sunt, et ipsa et quorum cause ut
hic medicans cum hoc convalescente et hic edificator
cum hoc edificato, que autem secundum potentiam non semper. Cor-
rumpuntur enim non simul domus et edificator

[illegible]

Elementum dicitur ex quo componitur primo inexistente
indivisibili specie in aliam speciem

[illegible]

[illegible]

Ut vocis elementa ex quibus vox componitur et in
que dividitur ultima, illa vero non adhuc in alias
voces ab eis specie diversas; sed et si dividantur, particule
sunt eiusdem speciei ut aque particula aqua, sed non sillabe

[illegible]

Similiter autem et corporum dicunt elementa dicentes in
que dividuntur corpora ultima, illa autem non adhuc
in alia specie differentia, et sive unum sive plura
talia hec elementa dicunt

[illegible]

[illegible]

Similiter autem et que diagrammatum dicuntur elementa et omnino que demonstrationum. nam prime demonstrationes et in pluribus demonstrationibus existentes hee elementa demonstrationum dicuntur. Sunt autem tales sillogismi primi ex tribus per medium unum.

[illegible]

Et transferentes autem elementum vocant hinc quodcumque unum ens et parvum ad multa sit utile. quapropter et parvum et simplex et indivisibile dicitur elementum.

[illegible]

Unde veniunt maxime universalia elementa esse. quia unumquodque eorum unum ens et simplex in multis inest aut omnibus aut quam plurimis. et unum et punctum principia quibusdam videntur esse.

[illegible]

Cum que vocata genera universalia et indivisibilia. unum enim est eorum ratio. elementa quidam dicunt aliquid et magis quam differentiam quia universalius genus. nam cui differentia inest et genus sequitur, sed cui genus non omni differentia.

[illegible]

Omnium autem commune esse elementum uniuscuiusque quod primum inest cuique.

[illegible]

Natura vero dicitur una quidem nascentium generatio ut si quis extendens dicat ly y.

[illegible]

Una vero ex quo generatur primum quod nascitur inexistente.

[illegible]

Amplius unde motus primus in quolibet natura entium in ipso inquantum ipsum existit.

[illegible]

Nasci vero dicitur quecumque augmentum habent per alterum in
tangendo et connasci aut adnasci ut embria. Differt
autem connascentia a tactu. Hic enim non oportet preter tactum
alterum aliquid esse, in connatis autem est aliquid
unum idem in ambobus quod facit pro tactu simul nasci
et unum esse secundum continuum et quantum, sed non secundum quale.

[illegible]

Amplius ex quo existit aut fit primo aliquid
existentium, informi existente et immutabili a sua
ipsius potentia, ut statue et vasorum ereorum es dicitur natura,
et ligneorum lignum. Similiter autem et in aliis.
Ex his enim unumquodque salvata prima materia. Hoc enim
modo et existentium naturae elementa dicunt esse naturam,
alii ignem, alii terram, alii aquam, alii aerem, alii
aliquid aliud tale dicentes, alii quedam horum, alii omnia hec.

[illegible]

Amplius autem alio modo dicitur natura existentium substantia,
ut dicentes naturam primam compositionem esse, ut
Empedocles dicit quia natura nullius est existentium, sed solum
mixtio et permutatio mixtorum est, natura vero in
hominibus nominatur. Quapropter et quecumque natura sunt
aut fiunt, iam existente ex quo nata sunt fieri aut esse,
nondum dicimus naturam habere si non habent speciem et formam.

[illegible]

Natura quidem igitur quod ex utrisque est, ut animalia et
partes eorum.

[illegible]

Natura autem et prima materia, et hec dupliciter, aut que ad ipsum
prima aut omnino prima, ut operum ereorum
ad ipsum quidem prima es, omnino vero forsan aqua,
si omnia liquabilia aqua.

[illegible]

Et species et substantia. Hec autem est finis generationis. Metaphorice
vero iam et omnino omnis substantia natura dicitur propter hanc, quia
et natura substantia quedam est.

[illegible]

Ex dictis ergo prima natura et proprie dicta est substantia que
habet motus principium in ipsis inquantum ipsa. Materia
namque eo quod huius est susceptiva dicitur natura, et generationes
et crescere eo quod ab hac motus sunt. Et principium motus
existentium secundum naturam hoc est, inexistens aut potentia aut actu.

[illegible]

[illegible]

Necessarium dicitur sine quo non contingit esse aut vivere quasi concausali, ut respirare et cibus animali necessarium; impossibile enim sine hiis esse.

[illegible]

Et sine quibus bonum non contingit aut esse aut fieri aut aliquid malum expellere aut privari, velut bibere farmacum necessarium ut non laboret, et ad Eginam navigare ut pecuniam recipiat.

[illegible]

Amplius vim faciens et vis. Hoc autem est quod preter impetum et preter voluntatem impediens et prohibens. Violentum enim necessarium dicitur.

[illegible]

Unde et triste, sicut et Evenus (et Eveninus) ait: Omnis enim res necessaria tristis est. Et vis necessitas quedam est, ut Sophocles dicit: Sed vis me cogit hec agere.

[illegible]

Et videtur necessitas aliquid impersuasibile esse recte; contrarium enim motui qui secundum voluntatem et qui secundum rationem.

[illegible]

Amplius quod non contingit aliter habere necessarium dicimus sic se habere.

[illegible]

Et secundum hoc necessarium et alia dicuntur aliqualiter omnia necessaria; violentum namque necessarium dicitur aut facere aut pati tunc quando non contingit secundum impetum propter cogens, tamquam hanc necessitatem existentem per quam non contingit aliter. Et in concausalibus vivendi et bono similiter; nam quando non contingit hic quidem bonum, illic vero vivere et esse sine aliquibus, necessaria hec, et causa necessitas quedam est hec.

[illegible]

Amplius demonstratio necessariorum, quoniam non contingit aliter se habere si demonstratum est simpliciter. Huius autem causa que prima si impossibile aliter se habere ex quibus est syllogismus.

[illegible]

[illegible]

Horum quod utrique alteri contingit esse ut necessaria

horum autem nulla. Sed quia hec etiam sunt ex necessitate

[illegible]

Quare primum et necessarium proprie quod simplex est

hoc enim non contingit pluribus modis habere

quare nec aliter et aliter. ut iam pluribus modis namque hoc

[illegible]

Ergo quedam sunt perpetua et immobilia nichil

illis est violentum. nec etiam preter naturam

[illegible]

Unum autem dicitur aliud quidem secundum accidens aliud vero secundum se

[illegible]

Secundum accidens quidem. ut Coriscus et musicum

et Coriscus musicus idem enim est dicere Coriscus et

musicum. et Coriscus musicus. et musicum et iustum

et musicus et iustus Coriscus. hec enim omnia unum dicuntur

secundum accidens. iustum quidem et musicum quia uni substantie

accidunt. musicum vero et Coriscus quia alterum alteri accidit

[illegible]

Similiter autem et modo quodam musicus Coriscus

cum Corisco unum quia altera particula alteri accidit

eorum que sunt in oratione. ut musicum Corisco

et musicus Coriscus iusto Corisco. quia utriusque

pars eidem uni accidit. nichil enim differt hoc Corisco

musicum accidere

[illegible]

Similiter autem sive in genere sive in ullis universalibus

nominibus dicatur accidens. ut quia homo idem et cum

sit homo. aut enim quia homini uni existenti

substantie accidit musicum esse. aut quia ambo

singularium alicui accidunt ut Corisco. tamen

non eodem modo ambo insunt. sed hoc quidem forsan ut

genus et in substantia. illud vero ut habitus aut passio substantie

Ergo quecumque secundum accidens dicuntur unum hoc modo dicuntur

[illegible]

Secundum se vero unum dicuntur alia dicuntur

eo quod continua sunt ut unum [illegible] et lignum

unum [illegible] implexa sit [illegible]

[illegible]

unum dicitur sicut et partium singule tibia et brachium

eorum autem magis unum continuum natura quam arte

[illegible]

Continuum vero dicitur cuius motus unus per se et

non possibile aliter. unus autem cuius indivisibilis,

indivisibilis autem secundum tempus

[illegible]

Secundum se autem continua quecumque non tactu se-

unum. Nam si posueris se tangentia ligna non dices

hec unum esse, nec lignum nec corpus nec aliquod

continuum aliud. Que itaque omnino sunt continua

unum dicuntur quamvis reflexionem habeant, et adhuc

magis que reflexionem non habent, ut tibia aut crus

quam subiectum, quia contingit non unum esse motum tibie.

Et recta quam reflexa magis unum. Reflexam vero et

angulum habentem unum et non unum dicimus, quia

contingit non simul esse motum eius et simul. Recte

vero simul semper, et nulla pars habens magnitudinem, hec

quidem quiescit, illa autem movetur, quemadmodum reflexe

[illegible]

[illegible]

Amplius aliud dicitur eo quod subiectum sit specie indifferens;

indifferens vero quorum indivisibilis species secundum sensum;

subiectum autem aut primum aut ultimum ad finem; et

vinum enim unum dicitur et aqua una in quantum indivisibile

secundum speciem; et liquores omnes dicuntur unum, ut oleum

vinum et liquabilia, quia omnium ultimum subiectum idem;

nam aqua aut aer omnia hec sunt.

[illegible]

Dicuntur autem unum et quorum genus unum

differens oppositis differentiis. Et hec dicuntur omnia unum

quia genus unum quod subiectum differentiis, ut equus

homo canis unum quid, quia omnia animalia. Et modo

itaque simili sicut materia una.

[illegible]

Hec autem quandoque quidem sic unum dicuntur, quandoque

[illegible]

Item genus subiectum quod quidem dicitur si sunt ultime

species genus superius hiis in speciebus et supremis

sunt una et eadem figura quare ambo triangula

et triangula non eadem

[illegible]

Amplius autem unum dicuntur quorumcumque ratio

que quod quid erat esse dicit indivisibilis est ad aliam

significantem quod quid erat esse ipsa enim in se est

ratio divisibilis sic vero augmentum et diminutum

unum sunt quia ratio una sicut in planis species una

[illegible]

Omnino vero quorum intelligentia indivisibilis

intelligens quod quid erat esse et non potest separari neque

neque tempore neque loco neque ratione maxime hec unum et horum

quecumque substantie

[illegible]

[illegible]

Universaliter enim quecumque non habent divisionem in quantum non habent

non habent sic unum dicuntur ut si in quantum homo non

habet divisionem unus homo si vero in quantum animal unum animal

si autem in quantum magnitudo magnitudo una

[illegible]

Plura quidem igitur unum dicuntur per aliud aliquid

facere aut pati aut habere aut ad aliquid esse unum

que vero primo dicuntur esse unum quorum substantia una

una vero aut continuitate aut specie aut ratione etenim

ut plura aut que non continua aut quorum non species una

aut quorum ratio non una

[illegible]

Amplius autem ut quandoque unum quodcumque dicimus

esse si sit quantum et continuum est autem ut non si

non aliquod totum sit hoc autem est si non speciem habet

unam velut non utique dicimus similiter unum quodlibet

aspicientes partes calciamenti compositas qualitercumque nisi propter

continuitatem si sit ut calciamentum et speciem habeat aliquam iam unam. Quapropter et quae circuli maxime una linearum quia tota et perfecta est.

[illegible]

Uni vero esse principium est alicui numero esse. Prima namque mensura principium alicui est. Et quo primo cognoscimus primo hoc est prima mensura cuiuslibet generis. Principium ergo cognoscibilis circa singula unum. Non idem autem in omnibus generibus unum. Hic enim est diesis, illic autem vocalis aut consonans. Gravitatis autem alium et motus aliud. Ubique vero unum aut quantitate aut specie indivisibile. In quantitate quidem et inquantum quantitas indivisibile, quod quidem omnino et sine positione dicitur unitas, quod autem omnino et positionem habens punctus, quod autem secundum unum linea, quod vero in duo superficies, omnino vero et tripliciter divisibile in quantitate corpus est. Et convertenti vero dualiter quidem divisibile superficies, uniformiter autem linea, nullatenus divisibile in quantitate punctus et unitas. Haec autem non habens positionem unitas, illud vero habens positionem punctus.

[illegible]

Amplius autem alia sunt unum numero, alia specie,

alia sunt genere, alia secundum analogiam. Numero quidem quorum materia una, specie vero quorum ratio una, genere quorum eadem figura praedicationis, secundum proportionem vero quaecumque se habent ut aliud ad aliud.

[illegible]

Semper itaque posteriora praecedentia sequuntur, ut quaecumque numero specie unum, sed quaecumque specie non omnia numero, sed genere omnia unum quaecumque et specie, quaecumque vero genere non omnia specie sed proportione, et quaecumque proportione non omnia genere.

[illegible]

Palam autem et quod multa opposite dicentur uni: nam alia non ex eo quod continua, alia in habendo materiam indivisibilem secundum speciem aut primam aut ultimam, alia in habendo rationes plures quod quid erat esse dicentes.

[illegible]

Ens dicitur hoc quidem secundum accidens, aliud vero secundum se.

[illegible]

Secundum accidens quidem ut iustum musicum esse
dicimus et hominem musicum et musicum hominem
Similiter dicentes ut musicum edificare quia accidit
edificatori musicum esse aut musico edificatorem
hoc enim esse hoc significat accidere huic. Sic autem et
in dictis quando hominem musicum dicimus et musicum
hominem aut album musicum aut hunc album musicum
hoc quidem quia ambo eidem accidunt, illud autem quia enti
accidit. Hoc autem musicum hominem quia huic accidit musicum.
Sic autem dicitur et esse album quia cui accidit ille est.
Que quidem igitur secundum accidens esse dicuntur sic dicuntur
aut quia eidem enti ambo insunt, aut quia enti
inest aut quia ipsum est cui inest de quo ipsum predicatur.

Secundum se vero dicuntur esse quecumque significant figuras
predicationis. Quotiens enim dicitur totiens esse significat.
Quoniam ergo predicatorum alia quid est significant alia quale

alia quantum alia ad aliquid alia facere alia
pati alia ubi alia quando. Horum unicuique idem esse significat.

Nichil enim differt homo convalescens est aut homo
convalescit nec vadens est aut secans aut vadit
aut secat, similiter autem et in aliis.

21

Amplius autem et esse significat quia verum, non esse quia
non verum sed falsum, similiter in affirmatione et negatione, ut
quia est Socrates musicus quia verum est hoc, aut quia est Socrates non
albus quia verum. Hoc autem non est diameter commensurabilis quia falsum.

Amplius esse significat et ens hoc quidem potentia dicibile
illud vero actu horum dictorum. Videntem enim dicimus
esse et quod potentia dicibile est videns et quod
actu, et scire similiter et potens uti scientia et utentem,
et quiescens et cui iam inest quies et potens quiescere.
Similiter autem et in substantiis: etenim mercurium in lapide
dicimus esse et medietatem linee et frumentum
nondum perfectum quod est potens et quod nondum in actu dictum

[illegible]

Vocantur autem substantia simplicia corpora ut terra et ignis et aqua et quecumque talia et universaliter corpora et ex hiis consistentia et animalia et demonia et partes horum. Hec autem dicuntur omnia substantia quia non de subiecto dicuntur sed de hiis alia.

[illegible]

Alio vero modo quodcumque fuerit causa existendi inexistens in talibus quecumque non dicuntur de subiecto, ut anima animalis.

[illegible]

Amplius quecumque particule inexistentes sunt in talibus terminantes et hoc aliquid significantes quibus destructis destruitur totum, ut superficie corpus, ut quidam dicunt, et superficies linea, et totaliter numerus videtur esse quibusdam talis, nam destructo nichil esse et terminare omnia.

[illegible]

Amplius quod quid erat esse cuius ratio est diffinitio et hec substantia dicitur uniuscuiusque.

[illegible]

[illegible]

Accidit itaque secundum duos modos substantiam dici: subiectum ultimum quod non adhuc de alio dicitur, et quodcumque hoc aliquid ens et separabile fuerit. Tale vero uniuscuiusque forma et species.

[illegible]

Eadem vero dicuntur hec quidem secundum accidens ut album et musicum idem quia eidem accidunt, et homo et musicum quia alterum alteri accidit, et musicum homini quia homini accidit. Utrumque vero horum et horum utrumque illi ut ipsi homini musico et homo et musicum idem dicuntur et hiis illud.

[illegible]

Quapropter et omnia hec universaliter non dicuntur. Non enim est verum dicere quod omnis homo et musicum idem. Universalia namque secundum se existunt, accidentia vero non secundum se sed in singularibus simpliciter dicuntur. Idem enim videntur esse Sortes et Sortes musicus, sed Sortes non in multis. Quapropter non omnis Sortes dicitur quemadmodum omnis homo. Et hec quidem sic dicuntur eadem.

[illegible]

[illegible]

Alia vero sicut quemadmodum et unum dicuntur: quorum materia una aut specie aut numero eadem dicuntur et quorum substantia una

[illegible]

Quare palam quia identitas unitas quedam est aut plurium essendi aut quando utitur ut pluribus velut quando dicit ipsum idem eidem; ut duobus enim utitur eodem

[illegible]

Diversa vero dicuntur quorum aut species plures aut materia aut ratio substantie diversa

[illegible]

Differentia vero dicuntur quecumque diversa sunt idem aliquid entia et non solum numero sed aut specie aut genere aut proportione

[illegible]

Amplius quorum diversum genus et contraria et quecumque habent in substantia diversitatem

[illegible]

Similia dicuntur quecumque idem passa sunt et plura eadem passa quam diversa et quorum qualitas una

[illegible]

Et secundum quecumque alterari contingit contrariorum horum quae plura aut magis propria hoc simile

Opposite vero similibus dissimilia

[illegible]

Opposita dicuntur contradictio contraria et ad aliquid et privatio et habitus

[illegible]

Et ex quibus et ad que ultima generationes et corruptiones

[illegible]

[illegible]

Et quecumque vero non contingit simul adesse eidem susceptibili hec opposita dicuntur aut ipsa aut ex quibus sunt nam pallidum et album sunt eiusdem non insit hec quidem ex quibus sunt opponuntur hic

[illegible]

Contraria dicuntur quecumque non possunt simul adesse eidem differentium in genere

[illegible]

Et que plurimum distant eorum que sunt in eodem genere et que plurimum distant eorum que sunt in eodem susceptibili et que plurimum distant eorum que sunt sub eadem potestate

[illegible]

Et quorum distantia maxima aut in genere aut simpliciter aut in specie

[illegible]

[illegible]

Alia vero contingit dicuntur hec quidem in alia hic alia vero in talium susceptibilia esse alia in actu alia in passiva esse talium aut agentia aut patientia aut abiectiones aut acceptiones aut privationes esse talium

[illegible]

Idem autem uno et uno multis dicitur secundum que est contra et alia quecumque in hec dicuntur qualiter et diversum et genere aut diversum in unaquaque kathegoriam

[illegible]

Diversa vero specie dicuntur quecumque cum sint genere eadem non sibi sub invicem sunt

[illegible]

Et quecumque in eodem genere existentia differentiam habent

[illegible]

Et quecumque habent contrarietatem et genere diversa specie sunt aut omnia aut dicta primo

[illegible]

Et quecumque in finali generis specie non diversa in hoc et quorum individua genere et non eadem diversa

[illegible]

Et quecumque in eadem specie contrarietatem habent eadem vero specie hec opposita dicuntur

[illegible]

Priora et posteriora dicuntur quedam quasi
existente aliquo primo et principio in unoquoque genere
quod propinquius principio alicui determinato aut simpliciter
aut natura aut ad aliud aut ubi aut ab aliquibus

[illegible]

ut hec quidem secundum locum in existendo propinquius aut
natura alicui loco determinato aut medio aut ultimo aut ad
contingens quod vero remotius posterius

[illegible]

Alia secundum tempus hec quidem enim eo quod remotiora
a nunc ut in factis prius enim troiana bella medicis quia remotiora
nunc. hec autem eo quod propinquius ipsi nunc ut in futuris prius
enim nemea pythiis quia propinquius nunc et eo
nunc ut principio et primo uso

[illegible]

Alia vero secundum motum propinquius enim primo movente
prius ut puer viro principium autem et hoc quoddam simpliciter

Alia secundum potentiam excedens enim potentia prius
et quod potentius. tale vero est cuius secundum prohaeresim
sequi est necesse alterum et posterius ut non movente
illo non moveatur et movente moveatur. et est prohae-
resis principium

[illegible]

Alia secundum ordinem hec autem sunt quecumque ad aliquid
unum determinatum distant secundum rationem ut parastata tritostate
et paranete nete. hic enim corypheus ibi autem
media principium. hec quidem igitur priora hoc modo

[illegible]

Alio vero modo quod cognitione prius et simpliciter
prius horum autem aliter que secundum rationem et que secundum
sensum nam secundum rationem universalia priora secundum autem sensum
singularia

[illegible]

Et secundum rationem accidens toto prius ut musicum musico
homine. non enim erit tota ratio sine parte. et
non contingit musicum esse non existente aliquo musico

[illegible]

[illegible]

Amplius prius dicuntur priorum passiones, ut rectitudo levitate; hoc enim linee in se passio est, illud vero superficiei. Et quemadmodum sicut dicitur prius et posterius

[illegible]

alia vero non secundum extremum contingit esse simul, alius et alia non sunt illis, quare diversorum ipsorum est. Plato autem ait ex inde de primo quod eodem prius esse quod est primo prius

[illegible]

Aliud aliter que non priora et non actum nam eam non perfectam priora sunt, alia non actum, ut non perfectum quod duo dicitur unitate et prius unitate et duo sunt

[illegible]

Cum actum vero prius nam dispositum sunt latere aut

[illegible]

Modo utrumque quedam omnino prius et posterius dicta sunt dicuntur, quedam enim non generatione que sunt alius esse contingit, ut totum pluribus, hec autem non eorum ut pro toto, similiter autem et alia

[illegible]

Prius vero hoc quod priorum motum aut mutationum aliam in alterum, aut ingenitum aliorum, ut eo ea ratione prius est que non respicit in eo quod ratione, scilicet autem medicinam prius eius scit utrumque in parte scilicet non ingenitum

[illegible]

[illegible]

Sanationem est, ut totum principium mutationis aut levitas de prius, in alterum aut ingenitum alterius

[illegible]

Hec autem ad aliam ingenitam differentiam non quod enim parti patiatur aliquid quidem quod, scilicet quemadmodum pars est pars dicuntur esse ante partem, quorum autem non secundum in omnem passionem, sed scilicet ad melius

[illegible]

Adhuc autem ut bene hoc consideretur, quod non voluntate quemadmodum enim plures utrumque ambulatio aut levitatis non bene aut eam non ut vellent, non dicimus posse loqui quod ambulare similiter autem et impotentem

[illegible]

Amplius quiescere habens non quod impossibile, non autem immutabilia aut non facile in primo mobilia prius dicuntur, scilicet genitum autem et corrumpitur et eam vadunt et omnino corrumpuntur, non scilicet possibile scilicet passionem posse et desine in aliquo impossibile vel bene vel vere aut et ineffectum permutari, esse primum et posse aliquid scilicet hoc

[illegible]

Dicta vero potentia virtutes et potentia vero, quod non dico ipsi hoc motus principium aut mutationis ex in seipsum potentia vero in aliud secundum quod aliud, vero vero separo

[illegible]

et ipsum aliud potentiam habet talem

[illegible]

Que autem secundum hanc permutationem in quibus potentiam sive in peius sive in melius, etenim corruptibile videtur esse possibile corrumpi, aut utique non corrumpi erat impossibile.

[illegible]

Nunc autem dispositionem quandam habet et causam et principium talis passionis. Aliquando quidem quia habet aliquid videtur, aliquando quia privatur tale esse. Si autem privatio est habitus aliquis, omnia utique erunt habendo aliquid, [si non est] equivocum; quare in habendo habitum quendam et principium est possibile, et habendo huius privationem si contingit habere privationem.

[illegible]

Sive vero in non habendo ipsius potentiam aut principium in alio inquantum est aliud corruptivum.

[illegible]

Amplius autem hec omnia aut in solum accidere sic aut non fieri, aut in bene. Nam in inanimatis inest talis potentia, ut in organis: aliam enim dicunt posse sonare liram, aliam vero nequaquam si non est bene sonans.

[illegible]

[illegible]

Impotentia autem est privatio potentie et talis principii sublatio quedam qualis dicta est, aut omnino aut in apto nato habere, aut quando aptum natum est iam habere. Non enim dicimus similiter impossibile generare puerum et virum et eunuchum.

[illegible]

Amplius autem in utrisque potentiis est impotentia opposita, et ei quod solum movet et ei quod bene movet.

[illegible]

Et impossibilia vero hec quidem secundum impotentiam hanc dicuntur.

[illegible]

Alia autem alio modo ut puta possibile et impossibile. Impossibile quidem cuius contrarium ex necessitate verum, ut diametrum commensurabilem esse impossibile, quia falsum quod tale cuius contrarium non solum verum sed et necesse non commensurabile esse. Ergo commensurabile non solum falsum sed ex necessitate falsum.

[illegible]

Contrarium vero huic possibile quando non necesse contrarium falsum esse, ut sedere hominem possibile est: non enim

ex necessitate non sit est falsum. Ergo quod possibile vere sit dictum et quod non ex necessitate falsum significat. Alio vero verum esse, alio contingens verum esse autem

[illegible]

Secundum metaphoram autem quae in geometria dicitur potentia. Haec quidem igitur possibilia non secundum potentiam (quae vero secundum potentiam omnes dicuntur ad primam unam. Haec autem est principium mutationis in alio inquantum aliud)

[illegible]

Alia vero secundum potentiam omnia dicuntur ad primam unam. Haec autem est principium mutationis in alio inquantum aliud. Alia namque dicuntur possibilia, haec quidem eorum in habendo aliquid aliud talem potentiam, illa vero in non habendo, haec alia in se habendo. Similiter autem et impossibilia. Quare propria diffinitio primae potentiae utique erit principium permutativum in alio inquantum aliud

[illegible]

Quantum vero dicitur quod divisibile est in ea quae insunt, quorum utrumque aut singulum unum aliquid et hoc aliquid natum est esse

[illegible]

[illegible]

Multitudo ergo quantum aliquid si fuerit numerabilis, magnitudo autem si mensurabilis fuerit

[illegible]

Dicitur autem multitudo quod divisibile potentia in non continua, magnitudo autem si mensurabilis fuerit quod in continua. Magnitudinis vero quae quidem ad unum continua longitudo, quae autem ad duo latitudo, quae autem ad tria profunditas. Horum autem pluralitas quidem finita numerus, longitudo linea, latitudo superficies, profunditas corpus

[illegible]

Amplius alia dicuntur secundum se quanta, quaedam alia secundum accidens, ut linea quantum aliquid secundum se, musicum vero secundum accidens

[illegible]

Eorum vero quae secundum se sunt alia secundum substantiam sunt, ut linea quantum quid, ratio enim dicens quid est quantum aliquid existit, alia passiones et habitus talis sunt substantiae, ut multum et paucum, et longum et breve, et latum et strictum, et profundum et humile, et grave et leve, et alia talia. Sunt autem et magnum et parvum et maius et minus et ad se invicem dicta quanti passiones per se. Transferuntur etiam et ad alia haec nomina

[illegible]

[illegible]

Secundum accidens vero dicuntur ut musicum quantum

[illegible]

et quod sic dicitur sicut dictum est, quia insunt quantum, et
album esse quantum quod cui insunt. Hec autem ut motus et tempus
etenim hec quanta quedam dicuntur et continua, et quia
illa dividua sunt quorum sunt hec passiones. Dico autem non
quod movetur sed quod motum est; nam quia est quantum
illud et motus est quantus, tempus vero quia eius motus.

[illegible]

Quale dicitur uno quidem modo differentia substantie, ut quale quid
homo animal quia bipes, sed et equus quadrupes, et
circulus quid quale quia quedam figura quia non angulosa,
quasi differentia secundum substantiam qualitate existente. Uno quidem
utique modo hoc dicitur qualitas differentia substantie.

[illegible]

Alio autem ut immobilia et mathematica, sicut numeri qualia
quedam sunt, quemadmodum compositi et non secundum unum entes
sed quorum imitatio est planum et solidum. hi vero sunt quotiens
quanti aut quotiens quanti quanti.

[illegible]

Et totaliter preter quantitatem existit in substantia. nam substantia est
quod semel ut senarium sex, non quod bis aut ter sunt,
sed quod semel; sex enim semel.

[illegible]

Amplius quecumque passiones substantiarum que moventur substantie
ut calor et frigiditas, albedo et nigredo, gravitas et
levitas et quecumque talia, secundum que dicuntur mutata alterari permutatis.

[illegible]

Amplius secundum virtutem et vitium et omnino bonum et malum.

[illegible]

Fere namque secundum duos modos dicetur quale, et horum
unus principalissimus. Prima namque qualitas substantie differentia.
Huius autem quedam pars et que in numeris qualitas; nam
differentia quedam substantiarum, sed aut non motarum aut non in quantum
mota sunt.

[illegible]

Hec autem passiones motorum inquantum sunt mota et motuum
differentie. Virtus autem et vitium passionum pars quedam est;
differentias enim ostendunt motus et actus, secundum quas faciunt
aut patiuntur bene aut prave que sunt in motu;
possibile namque sic moveri aut agere bene, quod autem sic et contrarie prave.

[illegible]

[illegible]

maxime autem bonum et malum secundum quale in animatis
et horum maxime in habentibus prohaeresim

[illegible]

Ad aliquid dicuntur alia ut duplum ad dimidium
et triplum ad tertiam partem, et totaliter multiplex
ad multiplicis partem, et continens ad contentum

[illegible]

Alia ut calefactivum ad calefactibile et sectivum ad se-
ctibile et omnino activum ad passivum

[illegible]

Alia vero ut mensurabile ad mensuram et scibile ad
scientiam et sensibile ad sensum

[illegible]

Dicuntur autem prima quidem secundum numerum aut simpliciter aut
determinate ad ipsos aut ad unum ut duplum quidem ad unum
numerus determinatus, multiplex vero secundum numerum ad unum, non de-
terminatum autem ut hunc aut hunc

[illegible]

[illegible]

Emiolium autem ad subemiolium in numero ad numerum
determinatum, superparticulare autem ad subsuperparticulare
secundum indeterminatum, ut multiplex ad numerum

[illegible]

Continens autem ad contentum omnino indeterminatum in
numero; numerus enim commensurabilis, in non commensurabili
autem numerus dicitur. Continens enim ad contentum tantumque
et adhuc. Hoc autem indeterminatum; quodcumque enim
evenit est aut equale aut non equale. Hec igitur
ad aliquid omnia in numero dicuntur et numeri passiones

[illegible]

[illegible]

Et amplius equale et simile et idem non aliquo modo. non enim unum dicuntur omnia. eadem namque quorum una est substantia. similia vero quorum qualitas est una. equalia quorum quantitas est una. unum autem numeri principium est et mensura. quare et omnia ad aliquid dicuntur non tamen eodem modo aut eodem modo

[illegible]

Activa vero et passiva secundum potentiam activam et passivam sunt et actiones potentiarum ut calefactivum ad calefactibile quia potest. et iterum calefaciens ad id quod calefit et secans ad id quod secatur tamquam agentia

[illegible]

Eorum vero que secundum numerum non sunt actiones nisi quo in alio dictum est. quod autem secundum motum actiones non existunt

[illegible]

Eorum autem que secundum potentiam et secundum tempus iam dicuntur ad aliquid ut quod fecit ad factum et futurum ad futurum sic enim pater dicitur filii. hoc quidem enim fecit illud autem passum quiddam est

[illegible]

Amplius quedam secundum privationem potentie ut impossibile et quecumque sic dicuntur ut invisibile

[illegible]

Secundum numerum igitur quidem et potentiam dicta ad aliquid omnia sunt ad aliquid. et quod ipsum quod est alius dicitur ipsum quod est sed non quod aliud ad id. mensurabile vero et scibile et intellectuale quia aliud ad ipsum dicitur ad aliquid dici. namque intellectuale aliquid significat quod ipsius intellectus est

[illegible]

Non est autem intellectus ad hoc cuius est intellectus. dicetur enim idem bis. similiter autem et visus alicuius visus est non cuius est visus. quamvis hoc verum sit dicere. sed ad colorem aut ad aliquid aliud tale. illo vero modo bis idem dicetur quia est visus cuius est visus

[illegible]

[illegible]

Ipsa vero secundum proportionem que sunt talia ut medietas eorum que ad aliquid quia propter genus sunt relativa eorum que ad aliquid

[illegible]

Amplius iam quecumque huiusmodi dicuntur ad aliquid ut equalitas quia equale et similitudo quia simile

[illegible]

Alia vero iam accidit ut homo dicatur ad aliquid quia accidit ei duplum esse hec autem sunt eorum que ad aliquid, ut album per accidens cum album et duplum

[illegible]

Cum sit quod igitur dicitur ad aliquid secundum quod per se dicitur

[illegible]

Perfectum vero dicitur unum quod extra non est aliquid accipere nullam particulam, ut tempus perfectum uniuscuiusque hoc est quod non est accipere tempore aliquid quod sit huius temporis pars

[illegible]

Et quod iam virtute et quod unum est bene non habet excellentiam ad genus, ut perfectus medicus, et perfectus fistulator, quando iam secundum speciem proprie virtutis in nullo deficiunt

[illegible]

Sic autem transferentes et ad mala dicimus calumniatorem perfectum et latronem perfectum, quando et bonos dicimus eos, ut latronem bonum et calumniatorem bonum. Et virtus quedam perfectio: unumquodque enim tunc perfectum et substantia omnis tunc perfecta, quando secundum speciem proprie virtutis nulla deficit pars eius que secundum naturam magnitudinis

[illegible]

Amplius quibus inest finis studiosus hec dicuntur perfecta, secundum habere enim finem perfecta

[illegible]

Quare quoniam finis ultimorum aliquid est et ad prava transferentes dicimus perfecte perditum esse et perfecte corruptum esse quando nil deest corruptioni

et mutato sed in ultimo est; quapropter et motus non inc-
hoatam dicitur finis . quia ambo ultima . sed
aut et nunc ... sit ultimum

[illegible]

Secundum ... dicta quod sit primum in quo desinet
alia quid . quia prius erit in nullo deficiet . ... hoc
... aliquid est accipere

[illegible]

Alia vero in quo coepit ... huius ... in
quocumque ... aliquid est extra

[illegible]

Alia vero ... in simul aliquid tale
ad huius aliud ... aut in aliqua
dici ad primum dictum primum

[illegible]

Tertium dicit quod est minimum ultimum et primum
... aut ... primum . et minimum ... primum .

[illegible]

Et quodcumque sunt secundum magnitudinem et huius
magnitudinem

[illegible]

Et finito contingit . tale ... ad quod motus et actus
et non a quo et quodcumque ambo . et a quo . et in quo

[illegible]

Et tempus eius

[illegible]

Et similiter . et quodcumque erat esse eius et
quando erat hoc tempus . sed erat aliquid et in

[illegible]

Manifestum palam quia neque primum dicere
... . et adhuc amplius . primum ... est
quidam . sed ... non omnis ...

[illegible]

Secundum dicit quod ad similiter ... quod ... primum
et similiter ... in quo ...

[illegible]

[illegible]

Aliud vero in quo primum et aptum natum est fieri ut album in superficie

[illegible]

Primo quidem igitur dicimus secundum quod (species et substantia) nam secundum quod venit, ad meum (?) ... et secundum quod paralogizatur aut syllogizatur)

[illegible]

Omnino vero ipsum secundum quod locus est et causa et substantia nam secundum quod venit aut cuius causa venit dicitur et secundum quod paralogizatur aut syllogizatur et causa causa syllogismi aut paralogismi

[illegible]

Amplius autem secundum quod situm secundum positionem dicitur ut secundum quod stat aut secundum quod vadit. Haec namque omnia positionem significant et locum

[illegible]

Quare et secundum se multipliciter dici est necesse unum quidem enim quod quid erat esse unumquodque ut Callias et quod quid erat esse Calliam

[illegible]

Aliud vero quaecumque in eo quod quid est existunt ut animal Callias secundum se; nam in ratione inest animal, animal enim quoddam est Callias

[illegible]

Amplius autem si in ipso susceptum est primo aut in partium aliquo ut superficies alba secundum se et vivit homo secundum se; anima namque pars quaedam est hominis

in qua primo est ipsum vivere

[illegible]

Amplius cuius non aliqua alia causa est. Hominis enim multae sunt causae: animal bipes, attamen secundum se homo homo est

[illegible]

Amplius quaecumque insunt soli et inquantum solum, quare separatum secundum se

[illegible]

Dispositio dicitur habentis partes ordo

[illegible]

aut secundum locum [illegible]

aut secundum potentiam [illegible]

aut secundum speciem [illegible]

Positionem enim oportet quandam esse sicut et ipsum hoc nomen ostendit dispositio

[illegible]

Habitus vero dicitur uno quidem modo ut actus quidam habentis et habiti ut quaedam actio aut motus

[illegible]

nam quod hoc quidem facit illud vero fit et factio intermedia sic et habentis vestem et habite vestis est intermedius habitus

[illegible]

Hunc quidem igitur manifestum quod non contingit habere habitum; in infinitum enim vadit si habiti fuerit habere habitum

[illegible]

Alio vero modo habitus dispositio dicitur secundum quam bene vel male disponitur dispositum, et aut secundum se aut ad aliud, ut sanitas habitus quidam; dispositio enim talis

[illegible]

Amplius habitus dicitur si est pars dispositionis talis; quapropter et partium virtus habitus quidam est

[illegible]

Passio dicitur uno quidem modo qualitas secundum quam alterari contingit, ut album et nigrum, dulce et amarum, et gravitas et levitas et quecumque alia talia

[illegible]

Alia vero horum actus et alterationes iam

[illegible]

Amplius horum magis nocive alterationes et motus et maxime tristes lesiones

[illegible]

Nocive; amplius magnitudines calamitatum et tristium passiones dicuntur

[illegible]

Privatio vero dicitur uno modo si non habeat aliquid naturaliter habitorum et si non ipsum natum sit habere, velut oculis privari

de planta

[illegible]

Alio vero si aptum habere aut ipsum aut genus et non habeat, ut aliter homo cecus visu privatur et talpa; hoc quidem secundum genus, illud vero secundum se

[illegible]

Amplius si aptum natum et quando aptum natum habere et non habeat; cecitas enim privatio quedam est, sed cecus non est secundum omnem etatem, sed in qua natum est habere, si non habeat. Similiter autem et in quocumque sit et secundum quod et ad quod et ut si non habeat aptum natum

[illegible]

Amplius omnis per vim ablatio privatio dicitur

[illegible]

